



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

Liber CCIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)



Sæc. XVII.
A. C. 1657.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.
LIBER CCIV.

ALEXANDER VII. PONTIF. MAX.
FERDIN. III. & LEOPOLDUS
ROM. IMPER.

§. I.

*Antonii Arnaldi motus contra jura-
menti formulam.*

Postquam Clerus Gallicanus in suis comitiis juramenti formulam intra mensem ab omnibus Prælatibus subscribendam proposuerat, mox Portu-Regienses Theologi declarabant, quod se quidem Constitutioni Pontificiæ quoad dogmata fidei plene subjicerent, hæreticam autem doctrinam in Jansenii doctissimi & apprime Catholici Præsulis libro contineri, contra suam conscientiam credere non tenerentur: apertius tamen, acriusque calamum suum strinxerat Antonius Arnaldus, qui librum ad omnes Episcopos directum edidit,

*Hist. de cinq.
Prop. 1. 3.*

Hist. Eccles. Tom. LXII.

D d sub

Sec. XVII. sub hoc titulo: *Casus a quodam Doctore*

A. C. 1657. *propositus circa Constitutionem Alexandri*

VII. *& formulam Cleri.* In hoc libello

tres proposuit quæstiones. I. An aliquis

Doctor, qui sibi prudenter periculum

habet, quod propositiones damnatæ

non existent in libro Jansenii, et in

illius sensu sint damnatæ, teneatur

mutare suam sententiam, & contrarium

credere. II. Utrum talis, si non

teneatur suam mutare sententiam, possit

nihilominus subscribere formulam.

III. An in hoc casu tacere possit.

Papam in hac occasione non fuisse bene

edoctum, modeste opponere valeat

fine, ut impediatur, ne Augustiniana

doctrinæ, veræque gratiæ hostes prevalerent,

atque in vulgus spargantur, Jansenium

esse quidem D. Augustino conformem, hunc

tamen, cum sit doctor, non taxat

privatus Doctor, Pontifici celebrari

obstrictum esse, Papam vero Jansenii

doctrinam damnando, eo ipso doctrinam

Divi Augustini condemnasse. Per hanc

quæstionem Arnaldus resolvit, respondendo

quod in suo iudicio fuisset deceptus,

de hoc tamen convinci nequeat, &

ei nec Jansenii locus exhibeatur, nec

doceatur, in quo sensu hæc propositiones

fuerint damnatæ, proinde etiam Pontificis

& Episcoporum sententiam

ei adhuc permaneat evidens, doctrina-
 nam Jansenii esse eandem cum D. Au-
 gustini doctrina: contra evidens autem
 proprii iudicii testimonium nullus circa
 quæstionem facti teneatur damnare Epi-
 scopum, quem iudicat esse innocen-
 tem, cujusque liber nunquam canonice
 fuit examinatus. Ad secundum dubium
 denuo respondit negando, quia talis
 non potest adhuc comprehendere, quo-
 modo salva Christiana & sacerdotali
 sinceritate possit subscribere hujus libri
 ab Episcopo Catholico conscripti con-
 demnationi, quam injustam censet. Ter-
 tiam denique difficultatem dissolvit Ar-
 naldus affirmando.

§. II.

*Aletensis Episcopi responsum contra
Arnaldi decisiones.*

Adversus hæc Arnaldi opiniones &
 responsa Pavillonius Aletensis Epi-
 scopus libellum edidit, in quo demon-
 stratum ibat, „quod etiam illi, quibus
 „antehac aliter persuasum erat, Consti-
 „tutioni Pontificiæ subscribere possint
 „& teneantur, quia in quæstionibus
 „controversis Catholici privata sua ju-
 „dicia submittere tenentur universali
 „Ecclesiæ ac Pontificum iudicio & de-
 „cisioni; præcipue quando Ecclesia
 „quæ-

D d 2

Sæc. XVII.
A. C. 1657.

Sæc. XVII, „quæstionem facti cum quæstione juris
 A. C. 1657. „conjunct, tunc prudentia & charita

„Christiana cunctos fideles ad servan
 „dam Ecclesiæ unitatem adstrictos ob
 „liget, ut sese Pontificis sententiæ circum
 „quoddam factum pronuntiatiæ sub
 „ciant, quando contrarium evidenter
 „non apparet, aliunde vero ex tali op
 „positione merito timendum esset scilicet
 „ma: ait ille, Dubitabatur, an hæc quinque
 „propositiones aut iisdem, aut saltem
 „æquivalentibus terminis in Jansenii
 „libro contineantur, & an hujus Ec
 „scopi sensus sit idem cum vero S. A
 „gustini sensu? ad dissolvendas hæc
 „quæstiones opus est humana diligen
 „tia, in diversas autem opiniones ab
 „Catholicis, nec adeo clara est utrius
 „que partis decisio, quin nullus de
 „tandi locus supersit: in hoc ergo
 „bibio æquum est, ut nos definitioni Pon
 „tificiæ subjiciamus, eoquod hæc quæ
 „stiones *ea diligentia, qua major diligen
 „tari non posset, fuerunt discussæ, præ
 „Papam fuisse deceptum dici non
 „sit, & ejus definitioni adversantes
 „a Communione Ecclesiæ segregari
 „lerent.* „

„Mirum quoque est, prosequitur
 „Episcopus, quod Jansenistæ se ad hanc
 „dam Jansenii doctrinam magis adhaerere
 „ctos esse credant, quam ipsemet Jansenius
 „sensit

„senius, qui suam doctrinam, licet ipso Sæc. XVII.
 „nemo alius eam melius intelligere A. C. 1657.
 „valuit, post Pontificis decisionem
 „haud ultra propugnasset, uti ex ejus
 „testamento patet, in quo eam Eccle-
 „siæ judicio subjecit, quod tamen fa-
 „cere non potuisset, si suam doctri-
 „nam tanquam fidei dogma a fidelibus
 „esse recipendam credidisset, proin-
 „illi, qui se Pontifici eam condemnanti
 „subjiciunt, ad Janseniani mentem,
 „non autem contra Ecclesiæ fidem a-
 „gunt, nec etiam Jansenii famæ no-
 „cent, cum Papa non Jansenii Perso-
 „nam, sed doctrinam, quam ipse Ec-
 „clesiæ judicio submitit, damnarit.
 „Quod autem ad juramenti formulam
 „attinet, subjunxit Pavillonius, etsi
 „in ea contineretur, quod eidem non
 „modo propter Ecclesiæ pacem, sed
 „etiam propter conscientiæ legem sub-
 „scribendum esset, hanc recipere, ei-
 „que subscribere oporteret; Ecclesiæ
 „enim capiti, ejusque decisionibus obe-
 „dire, res est conscientiæ.,

„Denique oppido mirum est, quod
 „Jansenistæ saltem ante Pontificis Con-
 „stitutionem de quæstione facti, scili-
 „cet, an hæ propositiones contineantur
 „in Jansenii libro & Jansenii sensum
 „complectantur, minime dubitarint,
 „sed duntaxat acerrime, per duodecim

Sæc. XVII. „annos cum suis adversariis disputa-
A. C. 1657. „rint, an illæ in Jansenii sensu sint Ca-
 „tholicæ, & doctrinæ S. Augustini con-
 „formes, quod respicit quæstionem pu-
 „ris: primum autem post hæc pro-
 „sitiones per Pontifices & Episcopos
 „damnatas Jansenistæ in dubium voca-
 „rint, negarintque, illas esse Jansenii
 „& in sensu a Jansenio intento falsas
 „proscriptas, quia hoc idem Pontifex
 „definierat. „

Verum Arnaldus, eique adhaerentes hisce rationibus ad debitam Superioribus submissionem adeo non flexerunt, ut etiam editis quam plurimis libellis suos errores propugnarentur. Hos inter præcipue Arnaldus quasdam *Reflexiones* evulgavit, quibus ostendere fategit, quod nullus inter se se subicere teneatur decisioni a Papa factæ circa aliquod factum, nisi quando contrarium nobis non apparet evidenter, cum autem contrarium ab eo quod Papa per suam Constitutionem circa Jansenii factum, & circa formam præscriptam decidit, nobis omnino evidenter appareat, contra proprii luminis oculorum evidentiam non tenemur subicere illis, quæ Papa circa Jansenii factum decidit, sed sufficit, ut ad obsequium Ecclesie debitum, ejus decisionem cum reverentia

& obsequioso silentio recipiamus, quin Sæc. XVII.
 eidem per fidem internam adhærea- A. C. 1657.
 mus. Verum Catholici vana hæc ef-
 fugia validissimis refellebant argumen-
 tis, demonstrantes, quod si quis so-
 lus esset iudex, an id quod ipsi ap-
 paret evidens, sit vere tale, omnibus
 hæresibus janua aperiretur, cum qui-
 vis hæreticus dicere posset, suam do-
 ctrinam esse sibi evidenter demonstra-
 tam, seque solum ex proprio rationis
 lumine esse iudicem, an sua evidentia
 sit vere talis, vel tantum apparens,
 proin quilibet suo innixus iudicio di-
 cere posset, se non esse obstrictum au-
 dire vocem Ecclesiæ, omnesque Ec-
 clesiæ decisiones, Synodosque etiam
 Oecumenicas eludere posset, dicendo,
 quod, eas non fuisse liberas, nec Oe-
 cumenicas, nec S. literis innixas, sibi
 evidens sit, ac solus ipse de sua eviden-
 tia iudex esse valeat.

§. III.

*Censura Facultatis Theologicæ Pari-
 sensis in Apologiam Casista-
 rum lata.*

Jam anno superiori memoravimus, *Argentre*
 quanto Zelo Franciæ Parochi per- Coll. Jud.
 niciosas, laxasque quorumdam, uti t. 3. p. 75.
 vocant, Casistarum doctrinas morales

Dd 4

eli-

Sæc. XVII. eliminare saterint: non deerant
 A. C. 1657. men, qui suas opiniones vindicari,
 se non nisi a Jansenistis vexari, ac ce-
 lumniis appeti quererentur: Eapropter
 hoc anno Parisiis in vulgus sparsit
 quemdam libellum sub hoc titulo: *Co-
 nsiilarum Apologia contra Jansenistarum
 calumnias, in qua Lector Christianæ mo-
 ralis Doctrinæ veritates adeo perspicue ex-
 plicatas, & solide probatas reperit, ut
 inde facile cognoscat, Jansenistarum pro-
 cipia nit nisi veritatis speciem præseferre
 re ipsa autem ad quævis peccatorum genera
 & maximas luxitates, in quas ipsi
 severe invehuntur, inducere. Authorem
 dam Theologo, & Juris Canonici Pro-
 fessore, geminus autem hujus Apolo-
 gæ Author erat P. Pirot Jesuita. Cum
 tem hic idem liber die decima quinta
 Januarii per Dionysium Guyard Synodum
 cum apud Sorbonæ Collegium in con-
 mitiis generalibus ad Sacram Facultatem
 Theologicam delatus fuisset, con-
 festim nonnulli seligebantur Doctores
 qui hunc librum diligenter discuterent
 & de eo referrent. His igitur post
 rias inter se collationes auditis, Facul-
 tas re accurate discussa sequentes pro-
 positiones inde excerptas censuris
 tandas decrevit.*

I. „Famulus, si a quodam Jansenista
 „cui est ab obsequio, ad grave peccatum

„contra fidem vel ad credendas propo-
 „sitiones damnatas inducitur, vel a Sæc. XVII.
 „præscripta confessione, aut Missa in A. C. 1657.
 „diebus festis impeditur, absolvi potest,
 „si eum peccati sui pœnitet, & Janse-
 „nistarum hæresin detestatur, & alium
 „Herum invenire nequit. Ast Theo-
 „logi Catholici docent, quod illi, qui in
 „Jansenistarum consortio sponte perma-
 „nent cum periculo perversionis, sint
 „in statu peccati gravis, & absolvi ne-
 „queant, si periculum animadvertunt,
 „si tamen illud eluctari, omni modo
 „nituntur, & eorum doctrinam dete-
 „stantur, illis absolutionem non dene-
 „garem.,,

*Censura: Hæc propositio, quatenus
 in ea prætendit author esse licitum famulo
 manere in occasione proxima, & periculo
 adhærendi damnatis hæreticorum opinionio-
 bus & dogmatibus, prætextu contritionis
 de præcedenti delicto, detestationis hæreseos,
 & magnæ necessitatis ob defectum alterius
 conditionis seu famulitii, eique in illo statu
 absolutionem non vult esse denegandam, falsa
 est, scandalosa, & inducit in manifestum
 periculum subversionis & naufragii in fide.*

II. „Qui sic affectus est, ut nolit
 „rem Sacram æquiparare cum tempo-
 „rali, aut temporalem fieri pretium rei
 „Sacræ, respondeo, quod talis non
 „committat simoniam contra jus divi-
 „num,

D d 5

Sæc. XVII. „num, si rem Sacram donat in recogni-
 A. C. 1657. „tionem beneficii temporalis, quod re-
 „cepit: imo dispositio habitualis suffi-
 „cit, ne Simoniam incurrat, qui au-
 „tem nec actu nec habitu unquam ta-
 „lem dispositionem habuit, & pecunias
 „pro re Sacra dat, ita ut unum & al-
 „terum sit æqualis valoris, talis com-
 „mittit simoniam contra Jus Divinum,
 „etsi actu non cogitet, an res sacra
 „habeat rationem mercis, & aurum
 „rationem pretii. „

*Censura: Hæc propositio, qua talis
 Author, eum, qui sic affectus est actu vel
 habitu, ut nollet unquam æquare rem spi-
 ritualem rei temporali, aut credere, res
 temporalem posse esse pretium rei spiritualis,
 non commissurum Simoniam contra jus Di-
 vinum, dando (ut author loquitur) rem
 Sacram in recognitionem beneficii
 temporalis, falsa est, temeraria, Scanda-
 lalosa, & viam aperit omni Simonie con-
 tra Jus Divinum.*

III. „P. Escobar dicit, Simoniam
 „non committi, si duo Religiosi mutuo
 „ita paciscuntur, da mihi tuum suffra-
 „gium ad Provincialatum, & ego dabo
 „tibi meum pro Prioratu: si hæc offe-
 „cia non sunt beneficia: nec etiam
 „committitur simonia in hoc pacto,
 „quia rerum spiritualium commutatio
 „est duntaxat prohibita in beneficiis. „
 Cens.

Censura: *Hæc propositio, falsa est, Sæc. XVII.*
& Juri Canonico contraria. A. C. 1657.

IV. „Plures Theologi aliter judi-
 „cant de honore, ac de bonis, tenent
 „enim, quod liceat occidere hominem,
 „qui post inflictam alapam aut verbera
 „fugit, quia honor alio modo recupe-
 „rari nequit.”

Censura: *Hæc propositio, qua, ut
 refert Author, assertitur, licitum esse oc-
 cidere hominem fugientem, postquam inflixit
 alapam, aut percussit baculo, quia non
 potest aliter recuperari honor quam ista via,
 & quam idem Author approbat, falsa est,
 scandalosa, charitati Christianæ & Ju-
 stitiæ contraria, vindictæ ac crudelitati
 viam aperiens.*

V. „Insuperhabitis hisce oppositio-
 „nibus, Pontificum tamen Constitutio-
 „nes & Regum nostrorum edicta decla-
 „rarunt, quod ejusmodi census sint just
 „& legitimi, hinc credo, quod etiam
 „promissiones ad solvendum lucrum su-
 „pra capitale justæ sint, quamvis nunc
 „majori contentione, quam ratione
 „condemnentur.”

Censura: *Hæc doctrina, in quantum
 dicit majori cum animositate quam ratione
 condemnari promissiones obligatorias (ver-
 nacula obligationes) ad solvendum lucrum
 supra capitale, falsa est, scandalosa, &
 manifeste usuraria.*

VI.

Sæc. XVII.

A. C. 1657

VI. „Probo, quod ex divertis titulis duo sufficiant pro quolibet, qui pecunias mutuo dat, primo, contractus societatis ad negotiandum, & contractus, quo ad annum emitur census ex hæreditate illius, qui mutus accipit „

Censura: *Author in hac doctrina non solum inducit ad usuras exercendas, sed etiam eas consulit, fraudesque varias ingerit ad eas palliandas, eumque in firmamentum librorum ab heterodoxis pro tuenda usurarum scriptorum dogmata, scandalose commendat. Et approbat, Et ex Doctoribus Catholicis malas consequentias deducit.*

VII. „Juxta Dicastillum, non est peccatum contra justitiam, sed datur taxat mendacium, si quis falso crimen imputat calumniatori. „

Censura: *Hæc propositio est falsa, scandalosa, Et periculosa.*

Hisce propositionibus ita perstricitur Facultas in suo decreto ex mandato Decani, aliorumque Magistrorum hæc librum junxit: *Ceterum cum liber iste occasione literarum sub incerto amici ad Provinciam nomine, Gallico idiomate missus compositus sit, quemadmodum eadem Facultas prædictas Epistolæ non intendit ullatenus approbare, ita nec plures alias ejusdem libri propositiones: Imo pro suo in amicorum salutem Et morum integritatem Zelo*

admonet, ejusmodi esse hoc Apologeticum Sæc. XVII.
opus, ut ejus lectio facile inducat, ad ex- A. C. 1657.
cusandas nimirum excusationes in peccatis,
quæ per ignorantiam culpabilem committun-
tur, ad permanendum non sine peccato in
variis occasionibus peccandi proximis, ad
participandum alienis delictis, ad indulgen-
dum Crapulæ, ad non satisfaciendum se-
cundum mentem & intentionem Ecclesiæ
præcepto de audienda Missa, ad retinenda
injuste & dolose bona proximi, atque ad
alia multa perpetranda peccata, ac proinde
lectionem istius libri periculosam & perni-
ciosam judicat, ac populo Christiano om-
nino prohibendam.

Pariter hic liber ab utroque Gene-
rali Vicario Cardinalis de Retz Pari-
siensis Archiepiscopi, tum etiam a plu-
ribus aliis Galliaram Episcopis, nec-
non in conventu Episcoporum Norma-
niæ apud Pontissaram anno hujus sæ-
culi sexagesimo fuit rejectus. Demum
etiam die vigesima prima Augusti an-
no post Christum natum millesimo sex-
centesimo quinquagesimo nono Romani
Inquisitores in Congregatione Generali
hanc apologiam damnarunt, edito se-
quenti decreto: *Santissimus D. N. Ale-*
xander Papa VII. præsentis decreto prohi-
bet & damnat librum, cui titulus: Apo-
logia &c. eumque pro damnato & pro-
hibito haberi vult. Mandat propterea San-
ctitas

Sæc. XVII. *Ætatis sua, ut nemo cujuscunque gradus & conditionis existat, etiam speciali & specialissima nota dignus prædictum librum*

apud se retineat, aut legat: neve imprimere, aut imprimi curare audeat, sub penis & censuris in sacro Concilio Tridentino, & in indice librorum prohibitorum contentis, aliisque arbitrio Sanctitatis suæ insignentis

*sed statim, quicumque illum habet, vel in futurum quodocunque illum habebit, locorum Ordinariis, seu Inquisitoribus sub eisdem penis exhibere teneatur, Insuper habito hoc decreto nihilominus in defensionem hujus Apologiæ varia prodierunt scripta, ac præcipue duo, quarum unum inscribitur, *Pacificus Abrincensis, alterum Collectio plurium falsitatum, utrumque Parochi Parisienses editis libellis confutabant, insuper Annis de Levii de Vantadour Bituricensis Episcopus ex præfata Apologia quasdam extraxit propositiones, illasque censuris perstrinxit, postquam vero Bituricensis Collegii Rector P. Jacobus Grandamy adversus has censuras reclamaverat, questus, quod ad eas ferendas Archipræsul a Jansenistis fuerit impulsus, & propositiones, quas Archiepiscopi Promotor extraxit, atque eidem exhibuit, fuerint depravatae, & Archiepiscopus hanc censuram unice ex odio Societatis promulgavit.**

Seconde Lettre Pastorale de l'Arch. de Bourges p. 97.

Nouveau Recueil des Affaires du Clerge France t. I.

garit, hinc idem Archipræsul an-
 no hujus sæculi quinquagesimo nono
 prolixam edidit epistolam Pastoralem,
 in qua suam vindicaturus innocentiam
 Diæcesis suæ Clero & populo exacte
 exposuit omnia, quæ tam ante, quam
 post præfatæ Apologiæ censuram a
 se promulgatam contigissent.

§. IV.

Jesuitæ Venetiis restituti.

Eo tempore, quo Paulus V. Pontifex,
 uti retulimus, Venetam Rempu-
 blicam interdicto Ecclesiastico subjece-
 rat, Jesuitæ anno hujus sæculi sexto
 ab omnibus Venetæ ditionis urbibus in
 perpetuum expellebantur: interim ve-
 ro nullum non movebant lapidem, ut
 potentissimos sibi conciliarent Patronos,
 quorum ope in pristinam sedem resti-
 tuti Venetias repetere possent: Nil Je-
 suitis opportunius accidere poterat,
 quam Alexandri VII. in Papam, &
 Joannis Pefari in Reipublicæ Procura-
 torem electio: uterque enim Societa-
 ti admodum addicti, Jesuitas revo-
 cari adlaborabant, & quidem Pontifex,
 ut Senatores beneficiis sibi devinciret,
 primo ad eorum vota duos Religioso-
 rum Ordines, scilicet Cruciferorum, &
 Canonorum Regularium S. Spiritus
 sup-

Sæc. XVII.
 A.C. 1657.

Vid. supra
 t. 54. l. 187.
 §. 24.
Disc. Arist.
supr. Gub.
de Venet.
Nani Hist.
Venet. l. 7.
 p. 320. t. 2.

Sæc. XVII. suppressit, ac inde hausta octies centena scutorum millia in Turcicum bellum expendenda Reipublicæ adjudicavit: postea Carafam Carolum Sedis Apostolicæ Nuntium Venetias decrevit atque ad Bertuccium Valerium Decem, ac Rempublicam Venetam sequentes dedit literas: *Haud dubitatis Jesu labores, & fructus. Labores, vobis uti fideles operarii, assidue in Christi Soteris Vineâ exercentur; fructus, Deo benedicente laboribus suis percipiunt. Adeo enim uberes ii & ampli existunt, ut bonus eorum odor longe se lateque diffuderit, & ad longinquas etiam remotas regiones jam olim pervenerit. Quare a supremo patrefamilias ac Domino, domus ejus custodia & agri cultioni præpositus sollicitudinis meæ debitum, ac præcipue curam esse arbitror, ut servi adeo maxime opportuni, & ubique & apud præsertim sint, quos peculiari charitate complector, quibusque salutarem & ætuosam sociorum Jesu industriam ac erga nobilissimam hanc rempublicam in rebus gero, non inferiorem singulari in Deum religione, in sanctam Sedem pietate & observantia, moleste admodum me ferre testor, quod respublicam*

hac his religiosis viris sibi perquam charis Sæc. XVII.
 & probatis jam diu careat, ex quorum A. C. 1657.
 consuetudine & usu, magnæ procul dubio
 ad illos civesque eorum universos utilitates
 perventuræ sint: pro prudentia sapien-
 tiæque bene vestra novistis, quanti reipublicæ
 interfit, maxime lubricam & incertam
 adolescentium ætatem, bonarum artium
 ac pietatis studiis immutari. Nihil enim
 conducibilius in vita, quam a primis
 annis optimis institutis assuescere, cum
 nempe ad ea, quæ traduntur, arripienda
 aptissimi sint adolescentium animi, firmiter-
 que deinde, quæ tradita sunt, in omni vita
 retineantur, in illa vero ætate gubernanda,
 sanctissimisque præceptis confirmanda, jure
 nulli, quam Societatis Jesu religiosi præ-
 doctiores aut magis idonei esse existimantur,
 qui hac in re non exiguam vitæ partem po-
 nere plerumque solent, calentque jam lon-
 go usu atque exercitatione facillimas quas-
 que atque utilissimas docendi præcipiendique
 vias; quodque maximi fieri debet, non mi-
 nore cura pietatem Deique timorem, unde
 vere omnis sapientiæ & scientiæ initium
 ducitur, quam literas, disciplinasque edo-
 cere satagunt. Testatur hoc pium illorum
 studium, religionis propagandæ ardor,
 templorum cultus, frequens sacramento-
 rum & Dei verbi administratio, ipsum
 denique Societatis Jesu institutum, quod
 unam divini nominis gloriam proposi-
 Hist. Eccles. Tom. LXII. E e tam

Sæc. XVII tam habet, pro qua augenda amplifica
 A. C. 1657. daque in omni doctrina atque opere bono
deliter colloborant. Dignam itaque vestram
 prudentia, dignam pietate, dignam perpi-
 tua in sanctam sedem observantia, ac mo-
 ximopere ad divinum auxilium impetra-
 dum opportunam rem Vos facturi estis,
 si religiosos hosce viros in nobilissimam Ci-
 vitatem omnemque ditionem vestram quamvis
 munum recipiatis. Certe si quantopere ben-
 ficiorum suorum memoriam Deus requirit,
 quantaque ea sint beneficia, reputare vo-
 tis, quæ hoc tempore largita illi
 immensa ejus bonitas clementiaque, inter
 teras hanc quoque gratiam Deo referre
 debetis ex qua ingens divinae gra-
 tiæ & gloriæ incrementum excitatum re-
 cipietis. Multum id etiam ad sancti-
 simi viri Ignatii tutelam conciliandam
 valiturum est; nam ei devotos Vos non
 nus esse decet, quam vestri fuerint me-
 res, qui Ignatium dum hujus societatis
 fundamenta jaceret, diutius in am-
 ma ista urbe commorantem, ac præcipue
 passim in ea sanctitatis exempla edentem
 & quamplurima monumenta relinquente-
 haud gravatim pertulere. Nam quæ
 ad me attinet, non dubito id etiam
 etiam in beneficii loco ponere, ex quo
 maximos atque uberrimos percepturi
 fructus. Atque in hoc testem veluti ac-
 gnus, paternam meam charitatem

non vereor, quam Vos magnam sem-
per merito esse ducetis, nec minorem
existimatione vestra experti estis.

Tandem eam sane causam a multis an-
nis adversus Christianæ religionis in-
sensissimos hostes defenditis, quæ præcipue
ac pro viribus a nobis fovenda est: verum
ingens ad hoc offerendum charitati nostræ in
posterum pondus imponetis, atque ad hanc
voluntatem hoc facto is cumulus accedet, ut
multo amplius eam incitaturi sitis ad hanc
republicam hoc præcipue tempore, omni
conatu atque ope, quantum cum Domino
poterimus adjuvandam. Adeo denique id
nobis gratum jucundumque accidet, ut hoc
vobis certo spondeamus, nihil a vestra in
hanc sedem sanctam observantia reverentia-
que fieri posse, ex quo majores stimulos addi
animi nostri affectui sensuri simus, & pro
quo plura invicem vobis sint beneficentiæ
nostræ signa exspectanda, quibus eam non
melioriter auctam erga vos ostendemus,
uti etiam fusius exponet Venerabilis frater
Carolus, Episcopus Aversanus, noster a-
pud nobilitates vestras nuntius, cui fidem
haberi a vobis cupimus, quibus felicitatem
a Deo precamur, & apostolicam benedictio-
nem amanter impertimur.

Hæc Pontificis literæ Duci, non-
nullisque Senatoribus gratæ, acceptæ-
que fuerunt, non deerant tamen alii,
qui Jesuitarum regressum Reipublicæ

E e 2

op-

Sæc. XVII.
A. C. 1657.

Sæc. XVII. oppido nocivum fore demonstrarent,
A. C. 1657. atque inter eos præcipue Joannes Se-
 ranzo venerandæ canitiei Senator in-
 perorabat: „Universo orbi nota est eo-
 rum cupiditas; divitiis suis Hispaniæ
 „Regnum, domum Austriacam cur-
 „ctaque Regna, quæ incolunt, ad be-
 „opiam ferme redegerunt, atque in or-
 „nibus locis, ubi degunt, omni die no-
 „getur crudelitas genitorum, qui, ut
 „Jesuitas locupletent, suos filios pu-
 „peres & mendicos efficiunt. Jurat
 „Jesuitæ summam obedientiam Pon-
 „fici, hinc omni data occasione no-
 „striemus in nostro sinu proprios holles
 „quinimo conscientiarum moderationes
 „in rem suam vertentes sanctiones
 „Reipublicæ salutem conditas evertere
 „nostrisque animis dominantes ad eo-
 „rum arbitrium Senatum flectent: For-
 „dicetis mihi, quod a blandis Jesuitarum
 „rum verbis vos tam facile decipi, hinc
 „permissuri sitis: credite mihi, hinc
 „potentem facundiam profitentur
 „suevitæ, ut nulla mens adeo constans
 „adeo ferox sit, quæ ad eorum furo-
 „rum non mansuescat, & inflectatur.
 „Existimant quidem multi, quod
 „vocatis Jesuitis scientiæ & Christiani-
 „pietas in nostris terris reflorescere po-
 „set, aut forte intra hos quinquaginta
 „annos nobis defuere Viri literati
 „quæ

„que ac pii? certe nulla est Europæ Sæc. XVII.
 „Provincia, in qua plures Viri docti & A. C. 1657.
 „eruditi reperiuntur, quam in patria
 „nostra, si autem Jesuitas revocamus,
 „ipsi aditum occludimus illis literatis-
 „simis hominibus, a quibus hucusque
 „edocti fuimus, quia Jesuitæ pro more
 „suo cunctos tanquam idiotas explo-
 „dunt, qui eorum non amplectuntur
 „doctrinam. Hucusque Gymnasium
 „Patavinum sine Jesuitarum ope ab
 „omnibus mundi Nationibus fuit fre-
 „quentatum, sine eorum exhortatio-
 „nibus vacatum est piis operibus, abs-
 „que eorum Concionatoribus in omni-
 „bus Ecclesiis audiebantur omnium ce-
 „leberrimi Prædicatores: quid ergo
 „alienos vocamus, dum propriis abun-
 „damus; res novæ semper Reipublicæ
 „sunt plurimum nocivæ: nonne ab om-
 „nibus Principibus inconstantia ar-
 „guemur &c.„

„Verum ad hæc Joannes Pesarus
 Procurator, cujus vehemens eloquen-
 tia, & rationum momenta plerumque
 ceterorum animos & suffragia secum
 rapere solebant, ita respondit: Haud
 „procul ab exitio est Princeps ille, qui
 „mutatis temporum circumstantiis im-
 „mote pristinis consiliis insistere vult,
 „ejus regula non sit sicut illa Polideti,
 „quæ in nullam partem inclinatur, nec
 E e 3 „sicut

Sæc. XVII., sicut illa Lesbii, quæ ad omnem
 A. C. 1657. ,,tem flecti potuit, medium tenere,
 ,,ad occasionis exigentiam, immo-
 ,,lem & flexibilem esse decet. Non Sa-
 ,,natores, qui nunc degunt, eiecerunt
 ,,Jesuitas; hi, ut Pontifici obedirent,
 ,,cum multis aliis Religiosis e ditioribus
 ,,nostra emigrarunt, & multo quidem
 ,,adversus nos scripsere, pœnitentiam
 ,,tamen egerunt. Ex Galliis quippe
 ,,fuerunt ejecti, sed invito etiam Patavi-
 ,,mento ab Henrico Magno revocati.
 ,,Haud diffiteor, eos esse facundos, &
 ,,rum autem eloquentia est proficua,
 ,,non perniciofa, hanc si filii nostri
 ,,eis addiscent, erunt in Legationibus
 ,,& Senatu magis utiles, & in Te-
 ,,plis ad convertendas animas, necesse
 ,,ad populum a rebellione arcentibus
 ,,potentiores: nonne suis exhortationibus
 ,,bus Jesuitæ rebellem populum Neapolitanum
 ,,ad Regis obsequium revocaverunt?
 ,,carunt? si hucusque Patavinum Collegium
 ,,nasium floruit, magis adhuc floruit
 ,,ex Jesuitarum doctrinis, consilioque
 ,,deinceps plures Viri eruditi; literarum
 ,,enim Jesuitæ favebunt Literatis, &
 ,,temnent autem, & insectabuntur
 ,,los doctos, qui proprio suo sensu
 ,,utentes aut fidem, aut mores corrumpunt:
 ,,punt: Jamjam Germaniam & Galliam
 ,,absumpisset Calvinii, & Lutheri
 ,,nem

„nenum, nisi Jesuitæ antidotum oppo- Sæc. XVII.
 „suis: maledici nil aliud Jesuitis A. C. 1657.
 „vicio vertunt, quam divitiarum cupi-
 „ditatem; ab hac labe si puri essent,
 „omnes faterentur, illos fore omnium
 „optimos: si id verum est, hoc quoque
 „ad Reipublicæ nostræ utilitatem cedit;
 „jam enim legibus nostris cautum est,
 „ne Religiosi quovis pacto bona immo-
 „bilia aquirant, si ergo Jesuitæ iis abun-
 „dant, & si forte a quadam muliercula
 „cum filiorum aut Nepotum dispendio
 „omnes ejus facultates suis blandis ver-
 „bis extorquent, tunc pupilli a Repu-
 „blica & Magistratu contra eos juxta
 „leges nostras potenter protegentur:
 „Jesuitis autem nil aliud dabimus,
 „quam pristina eorum Collegia & Ec-
 „clesias: denique aliqua saltem satis-
 „factio præstanda est summo Pontifici,
 „a quo in nostris necessitatibus validas
 „retulimus suppetias: Hic nobis bene
 „propensus est, & si eidem condescen-
 „demus in hoc suo petito, ampliorem
 „adhuc opem ab eo præstolari pote-
 „rimus. „

„Enimvero hoc suum exilium pro-
 „meriti sunt Jesuitæ, uti ipsemet Sfor-
 „tia Pallavicinus Jesuita ingenue fate-
 „batur, in lubrico enim, inquebat ipse,
 „gradu se servare, nec prudentiæ ar-
 „ctissimos fines aut lingua aut calamo

Ee 4

„tran-

Sæc. XVII. „transilire, rarum atque arduum est.
A. C. 1657. „transilierunt aliqui ex Jesuitis, & qui-
 „dem adeo transilierunt, ut extra de-
 „fensionem fuerint, an vero extra ve-
 „niam tamdiu esse debeant, incertum
 „est, saltem haud par est mortalium
 „iras esse immortales.„

Hac Procuratoris oratione ac præ-
 cipue summi Pontificis literis, & Ce-
 rasæ Aversani Episcopi, atque Apo-
 stolici Nuntii necnon Gallici Oratoris
 precibus exorati Senatores numero ces-
 tum sexdecim, reclamantibus quinquaginta
 quinque in eam abiere sententiam,
 in universam Reipublicæ ditionem re-
 vocandos esse Jesuitas, mox igitur
 etiam Cruciferorum Conventum & Ec-
 clesiam donarunt, eisque Cornarus
 Cardinalis, qui eorum bona post Bor-
 gadini Cardinalis mortem possederat,
 ea Jesuitis mox restituit. Quo factum
 Senatus ad Papam illico dedit literas
 quibus significavit, se omnes ejus re-
 titutioni tanquam obsequentissimos Filios
 merito ac lubenter annuisse. Acceptis
 hisce literis Papa die vigesima septima
 Januarii hanc ad eos transmisit episto-
 lam: „Ingenti, ac eximio gaudio com-
 „plevisti animum meum iis literis,
 „quibus receptos a vobis in nobilissimam
 „urbem vestram, vestrasque ditiones
 „omnes Societatis Jesu religiosos viros
 „significavit

Sæc. XVII.
A. C. 1657.

„significastis: rem enim summis maxi-
 „misque difficultatibus hætenus im-
 „peditam, ac frustra alias tentatam,
 „tam libenter, tanta cum obedientis
 „animi declaratione, mei caussa meo-
 „que duntaxat rogatu, vos fecisse,
 „cum intellexissem; merito uberrima,
 „quam ex devotione vestra percepi, ac
 „pro qua in amantissimi Patris spiritu
 „ac dilectione vos complector, lætitia
 „extitit: retuli enim insignem in præ-
 „sentia fructum, singulari vestra pietate
 „observantiaque perspecta; & gratio-
 „rem longe in posterum accepturus,
 „ex utilitate ac profectu, quem am-
 „plissimum iidem religiosi viri vobis sint
 „allaturi: eos namque ut bonos ac fi-
 „deles Christi servos Venetorum be-
 „nignitate, adjuvante Domino autem
 „incrementum præbente, non degene-
 „res a radice, in qua plantati, funda-
 „tisque sunt, fructus duros confido
 „... novo enim præsidio atque muro
 „circumcingent florentissimam urbem
 „vestram, juventutem in literis, Dei-
 „que timore erudiendo, divinæque
 „gloriæ toto corde inserviando, atque
 „orationibus insistendo, in quibus vestri
 „beneficii memoriam crebro facient,
 „confugientque ad Deum in tempore
 „opportuno, hoc scilicet tempore, quo
 „Deus in furore atque in ira nos arguit,
 E e 5 „quo

Sæc. XVII., quo tantæ, ac tam acerbæ sunt christi-
A. C. 1657. „stianæ Reipublicæ calamitates, at-
 „que undique insurgunt impugnantes
 „nos filii tenebrarum, atque inimici
 „crucis Christi, cum quorum superbissi-
 „simis ac potentissimis, quoniam nobis
 „res est, non modo precibus ac orationibus
 „ad Deum exercituum clamamus, ut exaltetur
 „dextra eius in gentibus, quæ non invocant
 „nomen ipsius, sed etiam nostrismet viribus,
 „quantum licebit, per tantas tribulationes,
 „quæ invenerunt nos nimis res vestras,
 „causamque libertatis suscipiemus: exigit hoc
 „a nobis pietas ipsa, de qua agitur, exigit
 „vestra erga hanc sanctam Sedem oblationis
 „vultus, cujus majestatem in humilitate nostra
 „veneramini, id denique flagitat paternus amor,
 „quem vestram peculiarem tam parata animi
 „voluntate, ut filii dilecti promeremini
 „& quem Christi gratia in dies magis cupimus
 „adhærescere &c. Deus vobis clementiam
 „hanc rempublicam, sapientissimum Senatam,
 „veræ religionis bono, ac nominis christiani
 „gloriam incolumem servet.

§. V.

*Varia Venetorum fortuna contra
Turcas.*Sæc. XVII.
A. C. 1657.*Nani Hist.
Ven. l. 7.*

Interim Constantinopoli Turcarum res
admodum turbatæ nuntiabantur; quippe in Imperatoris Palatio domina-
batur Procerum invidia, & æmulatio,
necnon foeminarum cupiditas, & im-
becillitas, apud milites vero non libido
ab oculis, non facinus a manibus, non
flagitium a toto corpore abesse videba-
tur; unde vitæ licentia plerumque ad
seditionem propendente, Janissari &
Equites Turcici magno numero con-
fluxerant, & ipsam Imperatoris Ma-
trem factiosorum manibus consignari,
supremum Belliducem, Mahometanæ
sectæ Præsulem, aliosque quadraginta
præcipuos Ministros exauctorari, ac
plecti petebant. Ægre lacrimis uber-
tim profusis Mahomet IV. Imperator
eorum furori Matrem suam subducere
poterat; ut tamen seditionis flammam
extinqueret, duos Eunuchos e fenestris
projici, supremum Quæstorem strangu-
lari, alios suis officiis amoveri, & non
paucos trucidari iussit. Pacato inte-
stino tumultu Mahomet nuperæ cladis
ignominiam ulcisci intentus, cum tri-
ginta triremibus Oceanum adiit, Te-
nedos

Sæc. XVII. nedos Insulam intercepturus: aut cum
 A. C. 1657. etis subsidentibus ventis in solo torpere
 cogebatur: detecto autem Sultani con-
 silio Lazarus Mocenigus Venetæ classis
 Architalassus Topalum Turcicæ classis
 Præfectum insequi statuit, cum repente
 in Algerianos Piratas incidere, ne-
 vium numero longe superiores. Tunc
 plane nullam virtuti difficultatem im-
 perviam esse monstravit Lazari ad vin-
 cendum obfirmatus animus: nam ven-
 torum favore adjutus, non modo præ-
 toriam navem, quæ Piratis jamjam in
 prædam cesserat, recuperabat, sed in-
 super aut dissipatis, aut incensis plu-
 ribus hostium navibus, ac trucidato eor-
 um Præfecto ceteras omnes in fugam
 agebat, captis Barbarorum quadringentis,
 plurimisque Christianis in libertatem asser-
 tis. Reportata hac victoria Lazarus dis-
 passis pleno sinu velis Suezichum
 versus contendit, ac prospere conatu
 Turcas, qui ex erecto aggere Venetas
 naves detonabant, depulsi necnon præ-
 ter belli tormenta, & ne vigia opimam
 prædam reportavit: interea vero Turcas
 totum impetum in Tenedos Insulam
 convertere nuntiatur: mox igitur Veneti
 cunctas, quas poterant, naves colligunt,
 Alex. VII. etiam Pontificis jussu per
 Pontificias conquiruntur bellatores, qui
 Bar-

Sæc. XVII.
A.C. 1657.

Barbaris forte in Illyricum irrupturis
 resistere valerent; crescente autem pe-
 riculo idem Pontifex Venetos & pecu-
 nia & milite potenter adjuvit: Moe-
 nigus vero, quamvis numero multo in-
 ferior, & ventis secundis destitutus es-
 set, nihilominus apud Dardanellas
 hosti occurrens, grandinantes inter sclo-
 pos, ac tubos, interque volitantes
 grandioris plumbi globos, Turcicam
 classem invadere aggreditur: Dimica-
 tur utrinque insolita vincendi aviditate,
 ac ipsa utriusque partis clade magis ex-
 ardent certaminis studia: tandem for-
 tuna generosos ausus secundante Me-
 litenses totam Turcarum classem tam
 feliciter insequuntur, ut Barbari sese
 longius in altum abstulerint, ubi Mo-
 cenigus tentato in fugitivam triremem
 impetu eam sibi subjecit: parta hac
 victoria inter Pontificium, & Venetum
 Belliduces conventum, ut ingruente
 noctis opaco reliquas septem Turcarum
 triremes ingrata malacia in litore hæ-
 rentes aggredierentur, & Melitenses,
 necnon Pontificiæ classis Præfectus in-
 terim alias quindecim hostiles naves
 incenderent. Placuit cunctis hoc con-
 silium, ac Mocenigus illico naves suas
 in ordines ac stationes distribuit, cun-
 ctisque ad omnem strenue gerendæ rei
 dexteritatem accensis novos animos
 suo

Sæc. XVII. suo exemplo addidit: incautius tamen
A. C. 1657. longiusque periculorum contemptu ab-
 reptus, ac propemodum vincere præ-
 festinus, una hora citius cum decem
 triremibus in hostem impedit, ac gene-
 rosa temeritate validissimum Turcarum
 aggerem superavit: Contigit autem va-
 lidæ fortunæ, vel suorum incuria,
 ut fatalis scintilla pulverem pyrium cor-
 riperet, ejusque impetu vicina trirem
 in aerem raptata, illius antena de-
 sum eadens Mocenigi caput discerperet.
 Defuncto hoc Belliduce ceterorum ani-
 mositas languere, & Turcarum rabies
 inflammari cæperat: unde Ottomanus
 Tenedos Insulam totis viribus oppre-
 gnant, eamque non tam sua fortitu-
 dine, quam obsessorum ignavia, ipse
 que loci propinquitate, quæ plerum-
 que ignavos fortibus efficit superiores,
 nullo ferme negotio occupant. Ean-
 dem quoque sortem experta est Lemnos
 quoque Insula, quæ obsessis maxima
 numero trucidatis & faucis, reliquis
 vero aut Belliducum imperia detrecta-
 tibus aut ad hostem transfugis die duode-
 cima Novembris dedita est, præter
 diariis qua misere trucidatis, quæ
 captis.

§. VI.

Sæc. XVII.
A. C. 1657.*Gallorum res in Belgio contra
Hispanos.*

Postquam Hispani Gallis oppi-
 dum S. Guisleni in Hannonia eri-
 puerant, Henricus Turrenius Franciæ
 Marecallus Cameracum munitissimam
 Belgici tractatus civitatem toto armo-
 rum apparatu cinxit: attamen a Con-
 dæo Principe, qui cum valido agmine
 accurrerat, obsidionem solvere coactus
 est: felicius autem arma sua ad Mom-
 medium convertit, quam Lucembur-
 genis Ducatus urbem post accerrimam
 quinquaginta dierum oppugnationem
 cepit, & oppidum sancti Venantii qua-
 triduo vix consumpto expugnavit: at-
 tamen velociorem uno die deditionem
 Elander urbis Gubernator Gandavi ca-
 pite luere coactus est. Hac urbe poti-
 tus Turrenius Ardresium fugato inde
 Condæo obsidione liberavit, captoque
 Burburgo Mardicum Anglis in præ-
 mium auxilii Gallis præstiti cessit: vi-
 cissim vero Hispani Hesdenam occupa-
 runt, obfessorum fortitudinem eludente
 Riverii Gallici Gubernatoris prodicione.
 Interim in Italia Contiis Princeps &
 Metinensis Dux Alexandriam in ditione
 Mediolanensi obsidione cinxerunt: cum
 vero

Montglat
t. 4. p. 141.
Daniel hist.
de France
tom. 10.
La Hode
Hist. de
Louis XIV.
tom. 2.

T. 4. p. 141.
Daniel hist.
de France
tom. 10.

Sæc. XVII vero Ferdinandus Cæsar Hispanis sex
 A. C. 1657. armatorum millia suppetias misisset,
 & Gallis non modo milites, sed & pecuniam deessent, ambo Principes mediis
 in conatibus succiderunt, minori licet
 damno, quam dedecore, eoquod Hispani in Gallos ab obsidione recedentes,
 plus contumeliarum, quam plumbi effudissent.

§. VII.

*Ferdinandus III. Imperator factus
 functus.*

Tuld. Hist. Europ. l. 3. Priorat hist. di Leop. l. 1. Interim luctuosum hunc annum Imperator Domique Aultriacæ reddidit Ferdinandus III. Imperator rebus humanis ereptus; cum enim jam dudum infirmiore uteretur valetudine, tandem extremo morbo affligi cæperat, unde in ipsa solemnibus Dominicæ Coenæ confessionem suam confessione elatus sumptoque sacro Viatico, a Viennensi Episcopo ad sustinendam mortis luctum supremæ unctionis Sacramento die prima Aprilis munitus est. Altera autem die præsentibus Eleonora Coniuge sua ac Leopoldo Guilielmo ejus Fratris necnon Leopoldo, & Carolo Josepho Filiis suis placidissime animam Deo reddidit, anno ætatis suæ quadragesimo nono, Imperii vigesimo. Erat is tunc

Princeps æterna memoria ac laude dignissimus, pietate, morum innocentia, re militari, prudentia & literis omnino præstans atque insignis, in pace & bello summus. Vivente adhuc Patre suo Cæsarei exercitus Dux Ratisbonam expugnavit, Nordlingæ Suecos devicit, illosque ex Bavaria, Suevia, Palatinatu & Wirtenbergenfi Ducatu propulsavit, sui que nominis famam, armorumque terrorem ultra Rhenum diffudit. Præterea maximas difficultates validioribus moderati iudicii rationibus, atque imminenti pericula superabat provida fortitudine: Animi sui in consiliis sæpe suspensi hæsitatio, quæ ipsi a quibusdam crimini datur, ortum traxerat ex plena periculi, vel impotentis cognitione; quantumcunque enim esset perspicacis ingenii, oppido tamen erat circumspectus in exequendo: Reliquerat ex primo suo conjugio cum Maria Austriaca Philippi IV. Hispaniæ Regis Filia Leopoldum Ignatium, qui Austriacorum gloriam dignissimus Patris sui hæres cum immortalis laude propagavit: Hic quoque iustis de more solutis, de Patris sui obitu primus Joannem Philippum Schönbornium Moguntinum Electorem, atque Collegii Electoralis Præsidem datis literis certiorum reddidit, qui etiam ceteros Electores

Sæc. XVII.
A. C. 1657.

Hist. Eccles. Tom. LXII.

Ff

res

Sæc. XVII. res ad eligendum Cæsarem Francofurtum
 A. C. 1657. tum invitavit: Ferdinandus vero Ma-
 ria Bavarix Elector Vicariatus sui Ma-
 teras testes ad omnes Imperii Princeps dedit, obluſtante Carolo Ludovico
 Electore Palatino, qui contra nuperas
 Westphalicæ pacis leges Imperii Vicariatum retinere contendebat.

§. VIII.

Bellum Monasteriense inter Episcopum & cives.

Vid. supra §. 56. p. 172. Tuld. l. c. **R**ecruduit hoc anno vetus similitudo
 inter Monasteriensem Episcopum
 urbisque hujus cives; quamprimum
 enim hi Malincrotium Decanum ad
 Episcopi satellitibus captum ad arce
 Ottensteinianam fuisse abstractum, non
 non Episcopum undique milites con-
 scripſisse, compertum habebant, con-
 festim exulceratis adhuc animis res
 publicam seditionem spectare videba-
 tur: Vicissim quoque Episcopus ad re-
 tundendam civium suorum vim Mogun-
 tini, Trevirensis, & Colonienſis Episcopo-
 rum opem implorabat, qui etiam
 suas copias in futurum bellum suble-
 geret Episcopus, Morienum Mareica-
 lum suum ad Monasterienses cives ab-
 legabat, ut eos amica transactio

ne ad obsequium reducere niteretur: Sæc. XVII.

Hi missis suis Oratoribus die octava Au- A. C. 1657.

gusti suas querelas fusius exposuere, debitam submissionem polliciti, si justæ querendi causæ auferentur, & deinceps onera, quibus premerentur, Episcopus eorum Princeps quadam moderatione mitigaturus esset: Hoc Oratorum responsum Morienus ad Principem retulit: altera autem die Nicolaus Drachterus civitatis Syndicus Haga redux ad Glaniæ pontem ab Equitibus per insidias capitur, primo Cosfeldam, inde Ahufam abreptus. Re comperta cives in rabiem acti, missis ad Episcopum Tubicine, præprimis Syndicum restitui, tum primum de compositione agi postulant: Conveniunt rursus utrinque Oratores, ast infecto negotio, causa que non audita revertuntur: quocirca cives, studiosi, & opificum famuli armis accinguntur, clauduntur urbis portæ, sac ipsis etiam Ecclesiasticis, Religiosis, aliisque, qui Episcopo ab officiiis erant, egressus interdicitur, suos sibi Ministros dimitti petit Princeps, sed repullam fert: quocirca abducto flumine copias urbi admovet: obsessi autem cives, ne hostis latere posset, hortos, ac suburbii ædes solo æquant, atque incendunt, simulque agmen quoddam Episcopatum strenue repellunt,

Ff 2

donec

Sæc. XVII. donec majore numero accurrentibus
A C. 1657 Episcopi militibus, in urbem non sine
 suorum clade reverti cogerentur: nihilominus cives belli tormentis eminus
 in hostem detonantes inflicto multo vulnere suorum sanguinem ulciscabantur. Nec otiabantur Episcopales, qui integro exercitu urbem omni ex parte circumgentes, die vigesima sexta Augusti ex mortariis, ac muralibus tormentis horrendam globorum & flammæ tempestatem in urbem effundere cæperant, ut ædes non paucæ in cineres subderent, ac Monialium Asceterium ad S. Ægidium, & Georgiana Ordinis Teutonici Domus in rudera converterentur, nullusque ex incolis in platea, imò ipsi quidem Sacerdotes apud Aram immixtis globis tuti essent, ac quæ plurimi misere faucii perirent: Nec tamen propterea fracta erat civium animositas; die enim trigesima prima ejusdem Mensis ductore Levino Friderico Wirtembergico Duce erumpentes obvium agmen aggressi sunt, atque unum omnes trucidarunt. Postea Monasteriensis Magistratus, eoquod urbis Syndicus nuper captus nondum dimissus fuisset, vehementer apud Imperatoris Vicarios Bavarum & Saxonem querelabatur. Hi ergo Episcopum hortantur, ut non modo Syndicum libertati restitueret

deret, sed etiam ab omni hostili mili-^{Sæc. XVII.}
 tum delectu, aliisque bellicis appari-^{A.C. 1657.}
 bus contra urbem abstineret. Insuper
 Alexander VII. Papa Episcopum ad pa-
 cem reddendam impellebat, & ni pare-
 ret, interdicti pœnas minitabatur. No-
 biles quoque Conventu Geistæ habito
 die undecima Septembris Episcopum
 datis literis a tam funesta & ferali ob-
 sidione dehortabantur. Nec horum
 monitis sese difficilem exhibuerat Epi-
 scopus; cum autem hostis in insidiis la-
 tens, per sancti Salvatoris portam, qua
 Veredarius Batavicus emittebatur, vix
 non penetraffet, eo adhuc feliciter de-
 pulso, cives efferatioris effecti, obla-
 tas ab Episcopo concordix leges acce-
 ptare renuerunt. Obstinatos hosce, ut
 moderatum præsidium sibi ab Episcopo
 imponi paterentur, missis in urbem li-
 teris rogabant Principes Rhenani; in-
 cassum tamen; quippe Monasterienses,
 Batavi auxilii fiducia elati, saniores
 suadentium conatus eluserunt: Ergo
 die sexta Octobris rursus diu noctuque
 e belli tormentis ignitæ pluvix globis
 plumbeis gravidæ in urbem exoneran-
 tur, & ne puncto quidem temporis ab
 oppugnatione respiratum: dejiciuntur
 parietes & mœnia, nudantur tecta,
 ædesque aut dirutæ, aut incensæ, imo
 ne ipsis quidem Templis parcitum. Ten-
 tatur

Sæc. XVII. tatur nova irruptio in propugnaculo, quod a B. Virgine nomen habet, jamque Episcopales lorica & aggere potantur, inde vero ab obsessis repulsi, duodecima sexta Octobris rupto castriculo misere perierunt. Tandem vero die vigesima prima ejusdem Mensis Canonici, ac Nobiles pro concilianda pace omnes intenderunt nervos, tam pro spero successu, ut altera die sequente utrinque firmarentur conditiones: I. Plena sit præteritorum oblivio. II. Wirtenbergico Duci & Syndico omnia sint facta & salva. III. Captivi utrique reddantur. IV. Milites extra urbem amoveantur. V. Milites ex præfidiis, & rustici ex suis villis ad obediendum coacti reducantur. VI. Magistratus trecentos pedites præter alios quingentos Episcopo & Urbi obstruenda in præsidium partim Diæceseos, partim Urbis sumptibus alendos præter Episcopi satellites admittat. VII. Urbis Præfectus se civium legibus nihil tracturum juret. VIII. Episcopus in consilio Magistratu, præsentem tamen Episcopi Deputato circa causas capitales decernat. IX. Tesseram militibus dandi & portarum claves custodire, penes Magistratum sit, qui tamen urbem Episcopo, quoties ei libuerit, aperiat: vicissim vero Episcopus civitati sua

illæsa conservet: & cives eidem debi- Sæc. XVII.
 tum obedientiæ & honoris officium A. C. 1657.
 præstent. Firmatis utrinque hisce pa-
 cis legibus Batavi auxiliares suas co-
 pias advexere, qui tamen accepta com-
 positi belli notitia in patriam suam re-
 versi sunt. Periere in hoc bello ex ci-
 vibus nonnisi octinginti, ex obsessori-
 bus vero plusquam duo milia, atque
 inter eos quatuor primæ dignitatis Tri-
 buni. Ineunte ergo Mense Decembri
 Episcopus trecentis stipatus militibus
 urbem funeribus ac ruinis deformatam
 ingressus est, a Magistratu & præsidia-
 riis honorifice quidem exceptus, civi-
 bus tamen nullum lætitiæ signum e-
 dentibus; quocirca Episcopus novos
 tumultus pertimescens, haud diu in
 urbe moratus excessit.

§. IX.

*Francisci Rapaccioli Cardinalis
 obitus.*

Hoc item anno die decima quinta Maji Ughel. in
 Franciscus Angelus Rapacciolus Ital. Sacra.
 patria Romanus decessit. Hic nonnisi Ciacon. in
 ex singularis eruditionis merito præ- vita Urban.
 clara, quibus ornatus erat, munia ac VIII. Guald.
 dignitates in Ecclesia obtinuit, primum Theatr. Vir.
 Cameræ Apostolicæ Clericus, Ponti-
 ficii Archivi Præfectus, Thesaurarius

Ff 4

ac

Sæc. XVII. ac demum ab Urbano VIII. Cardinalis
A. C. 1657. renuntiatus: Interfuit comitiis Innocentii X. Papæ, a quo etiam Interamnenfis Episcopus nominatus, hanc Ecclesiam pristino splendori restituit, & sui Cleri mores non modo disciplinæ legibus, sed præcipue propriæ pietatis exemplo correxit, ab omnibus ob vitæ innocentiam, morumque suavitate maximi habitus. Tandem vero mortuo Innocentio a pluribus Purpuratis ad D. Petri Cathedram expetitus, ubi dimisso Episcopatu Romam venit, tamen asperrimis calculi doloribus confectus obiit, sepultus in Ecclesia S. Mariæ super Minervam.

§. X.

Alexander Bichius Cardinalis mortuus.

Sammarth. Gall. Christ. Ejusdem Mensis die vigesima quinta pariter Romæ supremum obiit Alexander Bichius patria Senensis qui Romæ literis apprime excultus, & cræ militiæ nomen dedit, atque Urbano VIII. Papa Insulanus Episcopus, necnon Apostolicus Nuntius apud Pro-Regem Neapolitanum constitutus est, inde vero ad Carpentoracensem Ecclesiam translatus, in Ludovici XIII. Franciæ Regis aula Pontificia fungens

batur legatione, ab eodemque Rege Sæc. XVII.
 pingua non modo obtinebat beneficia, A. C. 1657.
 sed etiam pacis ad foederatos Italiæ
 Principes contra Papam armatos arbiter
 decernebatur. Conjunxerat hic Præsul
 cum ingenio ad summa quæque Eccle-
 siæ munia aptissimo profundam animi
 demissionem, qua se ad omnia ineptum
 reputabat: Erat quoque in B. Virginis
 cultu eximius, atque indefessus, & vi-
 gilantissimus commissi gregis sui Pastor,
 qui ut doctrinæ Christianæ pabulum
 omnibus ubertim præberetur, maximo
 Zelo in cunctis Parochorum electioni-
 bus hæc verba sæpius eis inculcabat:
Super omnia vobis Catechesin commendo:
 Apostolici tandem sui laboris præmium
 in cælis, ut pie speratur, beato fine
 obtinuit, anno ætatis suæ sexagesimo
 primo: Requiescit ejus cadaver in Ec-
 clesia tituli sanctæ Sabinæ in Aven-
 tino Monte.

§. XI.

*Sex Cardinales ab Alexandro VII.
 inaugurati.*

Tertio primum Pontificatus sui anno Ciacon. in
 die nona Aprilis Alexander VII. vita Ale-
 Papa primo sex Præsules Romana Pur- xandr. VII.
 pura decorabat, quorum primus erat
 Flavius Chifius ejusdem summi Ponti-
 ficis

Ff 5

Sæc. XVII. A. C. 1657. ficis ex Fratere Nepos, qui Presbyter Cardinalis titulum S. Mariæ de Populo obtinuit. II. Camillus Meltius, qui jam sexaginta septem annos natus, ex Capuano Archiepiscopo Presbyter Cardinalis tit. S. Marcelli creatus est. III. Julius Rospigliosus Archiepiscopus Thaurisensis Cardinalis Presbyter tit. S. Sixti. IV. Nicolaus Comes Guidius de Bloneis Athenarum Archiepiscopus Presbyter Cardinalis tit. S. Eusebii. V. Hieronymus Bonvifius ex cubiculi Potificii Magistro Cardinalis Presbyter tit. S. Hieronymi Illyricorum. VI. Franciscus Palatius Presbyter Cardinalis tit. S. Joannis ante Portam Latinam.

§. XII.

Bellum Polonos inter & Suecos continuatum.

Priorat. hist. Leopold. t. I. l. I. Tuld. Hist. Europ. t. 3. Gravissimi, quod Carolus Guibervus Sueciæ Rex ad vexandos Catholicos semper intentus accendit, belli incendium in Polonia extitum iri sperabatur, novas tamen flamas hoc anno addidit Georgius Bogotius Transilvaniæ Princeps: Hic enim se oppressam Evangelii ac conscientiarum libertatem restauraturum, seque ad Poloniæ sceptrum per Legatos convocatum jactitans, die octava Januarii

cum triginta armatorum millibus Poloniam invasit. Incassum Ferdinandus Cæsar & Mahometes Turcarum Imperator eum ab infestanda Polonia dehortabantur: prævalebant tamen amplissimæ Sueci Regis pollicitationes, Catholicos opprimendi aviditas, & aucupandi regni libido. Ut ergo Casimirus Rex, qui tum Dantisci agebat, novum hunc hostem potentius repellere valeret, a Ferdinando Cæsare subsidiarias expetebat copias: interim vero Cæsarnecius relicto Cracoviam obsidendi consilio vires suas contrahens, variis incursionibus prospero Marte in hostem pugnabat. Sub idem tempus Daniæ Rex Sueco bellum denuntiabat, & Mahometes Giereus Scytharum Rex cum centum armatorum millibus die prima Martii ad Borysthenem flumen progressus, Polono Regi in auxilium properabat: Leopoldus quoque Hungariæ Rex post Ferdinandi Patris sui obitum sex equitum, ac decem peditum millia submittere decreverat: Tum vero non nihil respirare videbantur Poloni, qui Cæsareis copiis aucti, die vigesima quarta Augusti Cracoviam deditione recuperarunt, & Ragotsium adorti, eum cæsis Transylvanorum quinque millibus, ceterisque captis, die undecima Augusti pacem exorare complerunt,

Sæc. XVII.
A. C. 1657.

Sæc. XVII. runt, ea lege, ut a Poloniae & Hungariae Regibus veniam peteret, foederum cum Suecis nuntium mitteret, urbes occupatas restitueret, necnon Poloniae decies centena, & Scytharum Regni centum quinquaginta aureorum millia numeraret, ac denique sacram supplicem, Ecclesiarum bona & ornata a suis ablatis redderet. Accepta hac clade ac firmata pace Ragotius non sine maxima nominis sui infamia, Transylvaniam repetere coactus, a Turcarum Imperatore in temeritatis suae penam Principatu suo exutus est, eius administratione in Franciscum Redeyam translata: ipse vero a Turcis novo bello laceffitus commisso prælio præter vitam & fortunam etiam vitam amisit, ne tamen inultus moreretur sua potius virtute, quam suorum numero validum Turcarum exercitum delevit, postquam vero Turcae Transylvaniam cum quinquaginta armatorum millibus rursus invaserant, ipse ad montes profugere compulsus a Venetis auxilium petiit, non tamen obtinuit, quocirca a suis, vix non admota vi pacem postulare coactus est: incassum quoque die prima Julii datis ad Vezirium literis de adempto & vastato Principatu suo querebatur, nunquam quietus, et a cunctis derelictus. Interim veniens

Suecus Danos non sine magna clade Sæc. XVII.
 in fugam egit, eisque Friderixodam, A. C. 1657.
 pluresque alias urbes armata vi eripuit:
 nihilominus tamen Brandeburgicus
 Marchio, qui fœderi cum Suecis nun-
 tium miserat, Carolum Gustavum Re-
 gem iteratis literis ad pacem cum Po-
 lonis ineundam hortabatur: nihil ta-
 men a Rege crebris victoriis tumido
 impetrare poterat: nec magis prospero
 successu ad conciliandam pacem Da-
 num inter & Suecum suam operam im-
 pendebant Franciæ Rex, Batavi &
 Cronwellus Angliæ Protector.

§. XIII.

*Quædam Alexandri VII. Pontificis
Constitutiones.*

Hoc item anno Alexander VII. Pon-
 tifex Maximus varias promulga-
 bat Constitutiones, ut irrepentibus cor-
 ruptelis obviaret; cum enim illi, qui
 Camaldulensium Monasteria in com-
 mendam acceperant, in Superiorum
 electiones sese immiscere ac Mona-
 chorum monasteria visitare præsume-
 rent, Pontifex ad Odoardi Bernardi
 præfati Ordinis Procuratoris generalis
 preces, die vigesima Martii arrogatam
 hanc facultatem Commendatariis ade-
 mit: Præcepit insuper idem Pontifex
 die

*Bull. magn.
t. 6. Constit.
30. Et seqq.*

Sæc. XVII. die nona Aprilis, ut Cardinales, qui
A. C. 1657. in Ecclesia Vaticana, necnon S. Joann-
 nis in Laterano & sanctæ Mariæ Ma-
 joris Archipresbyteri dignitate fulgent,
 ipsimet Divinis officiis interessent, suo-
 que exemplo aliis præluerent: Seda-
 bat etiam contentiones in Navarra Re-
 gno exortas ob prærogativam inter
 S. Firminum, & Franciscum Xaverium
 ejusdem Regni Patronos, declarans die
 decima quarta præfati Mensis, quod
 deinceps de utroque tanquam de Pa-
 tronis *æque principalibus* ex Ecclesie
 præcepto recolantur eorum festa. Die
 autem vigesima tertia Aprilis prohibuit,
 ne Ecclesiarum, aliorumque pie-
 rum locorum bona locentur consangu-
 neis vel affinibus eorum, qui hæc Ec-
 clesias administrant; eadem quoque
 die inhibuit, ne a musicis concertus in
 decori, aut a ritu Ecclesiastico alieni in
 Ecclesiis habeantur. Concessit etiam
 ad preces Generalis Jesuitarum die duode-
 decima Octobris indulgentias plenarias
 iis, qui apud eos per octiduum exer-
 citiis Sacris vacabunt. Declaravit
 quoque die decima Novembris, quod
 Cistercienses carnibus intra & extra
 Monasterii septa vesci valeant, cum in
 in eorum regula non sit prohibitum.
 Eadem die impense hortabatur Archie-
 piscopus & Episcopus Poloniae & Lit-
 tuæ

thuanæ, ut pro reparatione Divini Sæc. XVII.
 cultus suas Diæceses sedulo lustrarent, A. C. 1657.
 & Synodos congregarent. Denique
 sub gravibus pœnis interdixit Monia-
 lium Confessariis Regularibus, ne ex-
 tra actum Confessionis cum Monialibus
 etiam Abbatissa, Priorissa, vel aliis of-
 ficialibus colloquantur, vel pecunias
 ab eis accipiant.

§. XIV.

*Sacrarum Congregationum decreta
 hoc anno edita.*

Inter Constitutiones ac decisiones, quæ Decis. S.
 a Sacris Congregationibus Romanis Congr. Epi.
 hoc anno emanarunt, celebriores ad- rit. Sc.
 ducemus, & quidem primo S. Concilii
 Congregatio die nona Junii decidit,
 quod Prælati Regularis, cui Monia-
 lium cura commissa est, non possit ali-
 quibus Monialibus facultatem conce-
 dere ad plures annos duraturam confi-
 tendi Sacerdoti, qui non sit Confessa-
 rius ordinarius, vel extraordinarius
 totius Monasterii: nullaque Monialis
 nequidem venialia possit confiteri cui-
 cunque Sacerdoti non approbato ab Or-
 dinario. Declaratum quoque die de-
 cima septima Augusti a S. Congrega-
 tione Episcoporum, quod Regulares di-
 versi Ordinis non possint eadem die &
 hora

Sæc. XVII. hora in eodem loco celebrare Novem-
A. C. 1657. dia ante Natale Domini. Die autem
 vigesima Novembris S. Congregatio Im-
 munitatis Ecclesiasticæ decidit, quod
 nec Vicarius Capituli aut Episcopi, nec
 Vicarius Apostolicus possit absolvere
 reos relapsos a censuris ob violatam
 immunitatem, jurisdictionem aut libe-
 ratem Ecclesiasticam incurfis, sed re-
 currendum sit ad Sedem Apostolicam.

§. XV.

*Scriptorum religione Catholicorum
 opera & obitus.*

Topp. Bibl.
Nemp.
Witte Diar.
Biog.
Alegambe
Bibl. Script.
S. J.

Pauci ex Scriptoribus Catholicis hoc
 anno defuncti occurrunt, quorum
 tamen opera recensemus, & primo quod
 dem Augustinus Calcagninus Ecclesiæ
 Cathedralis Genuensis Canonicus scripsit
 de imagine Edessena, & vitam S. Joannis
 Baptistæ II. Raphael Averani Præpositus
 Generalis Clericorum Regularium Minorum
 edidit Sacram Theologiam ex Doctore
 Angelico, tractatum Theologicum de Sacra-
 mentis, de fide, spe, & charitate. III. Jacobus
 Ragius, scripsit sub nomine Giragii
 tractatum de Regimine Regularium. IV.
 Caspar Sghemma Franciscanus publicus
 juris fecit Scoti opuscula de Deo
 & Trino, & quosdam sermones præterea.

Philosophica opuscula. V. Jodocus ^{Sæc. XVII.}
 Kedde Jesuita elucubravit examen re- ^{A. C. 1657.}
 formatæ Religionis, Causas rejiciendi
 Lutheranismum, Purgatorium Prædi-
 cantium, Manuale Catholicum, Con-
 stantinum Romano - Catholicum, Ec-
 clesiam antiquam Catholicam, Dedu-
 ctionem Catholicæ Religionis, Pallium
 reformatæ Religionis, pluraque alia
 Polemica satis solide conscripta. VI.
 Joannes Dorifius excudi curavit quæ-
 stiones curiosas de Venetorum origine,
 & refutationem Catechismi de gratia
 ex doctrina S. Augustini præter alia
 nonnulla. VII. Alexander Seville
 Ord. FF. Prædicatorum, edidit Inter-
 pretem Thomisticum Divi Augustini &
 SS. Patrum de libero arbitrio contra
 Jansenium, & tractatum de visionibus,
 necnon alium de signis. VIII. Petrus
 de Tappia ex eodem Ordine scripsit
 commentaria in summam D. Thomæ,
 catenam moralis doctrinæ, tractatum
 de virtutibus & vitiis, de Sacramen-
 tis & censuris.

§. XVI.

*Protestantium Scriptorum mors &
 libri posteris relicti.*

Inter Scriptores A catholicos, qui hoc
 anno obiere, suis lucubrationibus ce- ^{Witte l. c.}
Hist. Eccles. Tom. LXII. Gg lebrius

Sæc. XVII. lebrius nomen sibi compararunt sequentes. I. Æschilius Petræus, qui enarrationes in Evangelia Dominicalia & Festivalia, modum visitandi ægrotos, disputationes de Romano Pontifice, de justificatione hominis, & de V. & N. Testamenti discrimine edidit. II. Joannes Benedictus Carpzovius scripsit partes duas systematis Theologici, hæreticæ, specimen Theologiæ Chæreticæ, Isagogen in libros Symbolicos Collegium Anti-Papisticum, & dissertationem de Pœnitentia Ninivitarum. III. Salomon Codomannus posterius reliquit suum pervigilium Pacis, & Paraphrasin in Threnos Jeremiæ, & Cæcilia. IV. Reinhardus Backius elaboravit Amphitheatrum mortis, Evangelia præfigurata, Catechismum providendandis, explicationem Evangeliorum & Commentaria in Psalmos præter alia nonnulla. V. Michael le Faucheur Calvinista scripsit sermones, & tractatum de Eucharistia contra Cardinalem Perronium. VI. Antonius Coleus edidit Isagogicam Jurisprudentiam tractatum de conservandis Canoniarum Collegiis, & dissertationem de jure Imperii.

*Freher
Theatr. e-
rud. part. I.
sect. 3.*

§. XVII.

*Illustrium obitus.*Sæc. XVII.
A. C. 1657.

Obiit hoc anno optima, infelix tamen Princeps Nicolina Henrici II. Lotharingiæ Ducis & Margarithæ Gonzagæ Filia. Hæc anno Christi millesimo sexcentesimo vigesimo primo die vigesima secunda Maji per Venerabilem Patrem Dominicum a Jesu Maria Carmelitam Excalceatum Carolo IV. Henrici Ducis Nepoti connubii vinculo juncta erat, marito sane uxoris tam præclaræ magis amante, fideliore, magisque fortunato dignissima; quamvis enim Carolus Cantacruziæ Ducissæ amoribus illecebrisque captus, legitimæ conjugis suæ matrimonium dissolvere molitus esset: Illa nihilominus etiam ab eo deserta Maritum suum constanter adamavit, totoque tempore, quo is ab Hispanis Toleti captus detinebatur, ejus libertatem apud summum Pontificem, Cæsarem & Venetos iteratis literis, precibus & oblato redemptionis pretio impetrare adlaborabat: tandem vero eo tempore, quo Lotharingiæ hæres a Gallis agnoscebatur, morbo, quo jam pridem cruciabatur, seu potius animi mærore die vigesima tertia Februarii extincta est.

Gg 2

Ca-

Sæc. XVII. Caverat supremis testamenti tabulis, ut
A. C. 1657. novies centena quinquaginta aureo-
rum millia, per Nicolaum Franciscum
Lotharingæ Ducem, & Claudium de
Mangin, quos supremæ suæ voluntatis
executores nominabat, in solvenda Do-
mesticorum salaria, & expungendum
æus alienum impenderentur. Ex e-
dem Lotharingica Domo exeunte hoc
anno obiit Carolus Ellebovii Dux mi-
tari scientia, animique fortitudine he-
ge præstantissimus, præcipue vero Re-
ligionis cultu insignis, atque ad de-
merendos omnium animos a natura
comparatus. Languerat diuturno
modum morbo, quo sensim consum-
ptus, morte eminens visa, diu, ac re-
ligiose mori didicit. Tandem etiam
decessit Olympia Maldachina: Hæc in
Capitolio Romano Vir sub mulierum
veste latens, in Vaticano autem Mu-
lier virili habitu ornata videbatur.
Juncta erat Principi Pamphilio Joanni
Baptistæ Pamphili postea Innocentio
Papæ Fratri, decimo autem anno
sui anno amor conjugalis tepescere co-
debatur, eo quod Olympia in Cogitatum
suum sacræ militiæ adscriptam, et
postmodum Romana Purpura decore
tum suas opes, omnemque sollicitudinem
præcipue post Mariti sui obitum
effudisset. Demum Pamphilio ad Pæ-
tificam

tificatum evelto in Vaticano sedem fi- Sæc. XVII.
 gere meditabatur, ast a Pontifice, & A. C. 1658.
 Panzirolo Cardinale prohibita, publi-
 cis privatisque negotiis & procurandis
 gratiis ac beneficiis tam importune sese
 ingessit, ut Pontifex, arrogans hujus
 fœminæ imperium exosus, eidem in-
 hiberet, ne deinceps Regimini sese im-
 misceret, nec coram Papa compareret,
 aut cubilis Pontificii fores adiret. Tan-
 dem Alexandri VII. Pontificis jussu
 Roma excedens, Urbevatum secessit,
 ubi hoc anno peste extincta est, relicto
 suarum facultatum hærede Camilo
 Principe Pamphilio Filio suo.

§. XVIII.

*Comitia Francofordiæ pro eligendo
 Cæsare celebrata.*

Vivente adhuc Ferdinando Cæsare Priorat. vit.
 Imperii Principum Delegati par- Leopold. 1. 2.
 tim Catholici, partim Protestantes Con- tom. 1.
 ventum Francofordiæ celebrabant, de Tuld. Hist.
 iis articulis, qui in comitiis Ratisbo- Europ.
 nensibus componi haud poterant, de- p. 182. l. 8.
 liberaturi. Allato autem nuntio de Latomi re-
 Cæsaris obitu suspensis ceteris negotiis lat. Hist.
 ibidem de Romanorum Regis electione Barre hist.
 toto studio agebatur, indictis ad diem d' All. t. 9.
 decimam quartam Augusti Imperii com-
 mitiis. Jam anno priori die decima
 Gg 3 septi-

sæc. XVII. septima Augusti Joannes Philippus de
A. C. 1658. Schonborn Moguntinus Archiepiscopus
 atque Elector Francofordiam solemn
 pompa ingressus erat, quem biduo post
 Antonius Grandimontius & Hugo de
 Lionne Galliarum Regis Oratores se
 quebantur. Præprimis vero summus
 Pontifex de Sedis Apostolicæ ac fidei
 Catholicæ incremento sollicitus, Leo
 poldum Hungariæ Regem Cæsareo dis
 demate decorari, summopere exopta
 bat, hancque in rem Josephum Sancti
 licium, qui tum Colonia Pontificium
 agebat Nuntium, ad Conventum Fran
 cofordiensem decernebat, eique literas
 ad Electores Ecclesiasticos, in præsentiam
 Regis favorem tradebat. Igitur Sancti
 felicius die octava Maji Colonia Mo
 guntiam profectus, dissidium de con
 nandi Cæsaris jure inter Moguntinum
 & Coloniensem Electores exortum com
 posuit, inde vero ad Trevirensium Electro
 rum aliosque contendens, omnes quidem
 Austriacæ Domui propitios invenere
 quosdam vero magis Leopoldo Guiliel
 mo Archiduci ac defuncti Cæsaris Fran
 tri, alios vero Ferdinando Mariae Ele
 ctori Bavaro favere comperit, impe
 lentibus Franciæ Legatis, qui Mons
 chium profecti Bavarum non modo ad
 Austriacis partibus avellere, sed etiam
 promissis annue tribus Thaleorum Im
 perialium

perialium millionibus ac militum sup-
 petiis ad acceptandam Imperii coro-
 nam persuadere nitebantur. Sollicita-
 bat insuper Comes Vagnius a Franciæ
 Rege missus Maximilianum Henricum
 Electorem Colonensem, ut Bavaro
 suum daret suffragium, excluso Leo-
 poldo Archiduce. Interim Sanfelicius
 jussu Pontificis Principes Rhenanos, ac
 præcipue Neoburgensem Ducem ad
 conciliandam pacem Gallos inter &
 Hispanos vehementer hortabatur, ne
 Protestantes horum dissidia in rem suam
 vertentes, bellum in Germania denuo
 accenderent, oppressisque Catholicis
 Turcas ad invadendam Hungariam in-
 citarent. Tandem die vigesima nona
 Januarii Leopoldus Bohemiæ & Hun-
 garix Rex Praga discessurus, Pena-
 randam Comitem Hispaniæ Regis Le-
 gatam, qui anno priori die decima
 septima Octobris Pragam venerat, ad
 Francofordiensem Conventum præmi-
 sit, qui etiam decima quarta Martii,
 & quinta post die ipsemet Leopoldus
 hanc urbem ingressi sunt, quos ipse e-
 tiam Papæ Nuntius, sine omni tamen
 pompa sequebatur. Hunc ceteris pri-
 mi salutabant Franciæ Oratores, ob
 infractam pacem Westphalicam de Au-
 striaca Domo vehementer questi: Hor-
 tabantur etiam Papæ Nuntium, ut

Sæc. XVII.
 A. C. 1658.



Sæc. XVII. cunctos Imperii Electores, ne Cæsari
A. C. 1658. electionem hæreditariam reddi permis-
 terent, admoneret, simulque Papa
 eo inclinaret, ut pacis arbiter Gallis
 inter & Hispanos esse velit, priusquam
 ad Imperatoris electionem procedere-
 tur. Eapropter Alexander VII. Papa
 quamvis Gallorum, & præcipue Ma-
 rini Cardinalis pollicitationibus parum
 fideret, clam tamen Nuntio suo de pro-
 agendi facultatem concessit. Placuit
 etiam idem consilium tribus Ecclē-
 siasticis Electoribus, qui, postquam
 Leopoldum Archiducem ex literis Vene-
 na die vigesima septima Junii ad Fran-
 stenbergium Comitem datis ab ac-
 ptanda Imperiali dignitate alienum
 compererant, in Leopoldum Hungaricæ
 Regem propendere videbantur, præ-
 primis tamen de pace agi petebant.
 hancque in rem die quarta Maji
 Franciæ Regem has dederunt literas.
 Quanto universus Christianorum orbis
 eo, quod Regiæ dignitati & Majestati
 stræ cum Catholico Rege nunc a 23. annis
 continuis, in diversis Europæ partibus
 acerrimum intercedit bellum, dolore & luctu
 lesia afficiatur, id ex eo liquide patet, quod
 dum hæc duce potentissimæ Coronæ inter
 dimicant, viresque collidunt, commotio
 Christiani nominis hostis terra marisque
 liena invadit, & prædam devorat,

unquam tempore recuperabilem, unde me- Sæc. XVII.
 rito timendum est, ne taliter inescatus, A. C. 1658.
 cum summo Christianitatis periculo magis
 magisque evagetur; cum igitur a felici af-
 fectu pacis Gallo - Hispanicæ non tantum
 S. Rom. Imperii, sed & totius Christianæ
 reipublicæ salus, incolumitas & pax, ejus-
 que certa securitas dependere videatur, res-
 que ipsa tam Monasterii, quam Romæ &
 Madriti per amicos consanguineorum Re-
 gum tractata, fere ad finem usque promotâ
 dicatur, & volentibus excelsis, heroicisque
 utriusque Regis ad pacem inclinatis animis,
 quod reliquum est facile superare possit;
 rogamus dignitatem & Majestatem vestram,
 quam studiosissime, ut pro ea, quam sem-
 per testata est, erga pacem propensione il-
 lam cum Catholico Rege celerrime ad finem
 deducere velit, eoque laudatissimo factio im-
 mortalem sui nominis gloriam magis, ma-
 gisque stabilire, nosque & omnes S. Rom.
 Imperii Principes & status ad perpetuam
 gratitudinem sibi devincire, quam studiis &
 officiis paratissimis semper contestari non in-
 termitteremus; eumque Regiæ dignitati, &
 Majestati vestræ omnem Regiam prosperi-
 tatem ex animo apprecamur. Quoniam
 vero Papæ Nuntius hac negotiatione
 electionem longius protrahi prospice-
 ret, Papam quidem ad conciliandam
 pacem longe propensissimum esse pro-
 fitebatur, eum tamen vereri ajebat,

Sæc. XVII. ne Electores & Principes Protestantes
 A. C. 1658. Imperium sine capite veluti monstrum
 tamdiu fuisse relictum, summo Pontifici imputarent; attamen ne ipsi quidem Hispani pacis negotium electioni præponi volebant, Gallisque Bavarum ad acceptandum Imperium inclinare desperantibus, Elector Moguntinus & Mayerbergo & Patre Saria Dominico Archiepiscopo Traniensi persuasus, declarabat, præprimis de eligendo Imperatore, postea de jungendis Regum dextris agendum esse; ipse etiam Elector Brandenburgicus datis ad Collegium Electorale literis die undecima Maji Suecos in Poloniam irrupisse, propterea Imperatoris Electionem maturandam hortabatur; Favere etiam incæperat idem Brandenburgicus Leopoldo Hungariæ Regi, eo quod hic non modo Imperii quietem procurare, sed etiam Christianum Orbem a Turcis in Hungariam & Transilvaniam irrumpere perantibus solus ipse jamjam armatus de Suecis in Polonia victor liberare videret. Die autem secunda Maji Benckavius Sueciæ Legatus literas ad Cosmum ventum miserat, in quibus Regis nomine animo prorsus hostili in Domina Austriacam acerrime invehebatur. „Quid, inquiebat, validius est pace „Westphalica, & Norimbergensis „Ratis

„Ratisbonensis Conventus decretis ab **Sæc. XVII.**
 „Imperatore totoque Imperio confirma- **A. C. 1658.**
 „tis, hæc tamen omnia Domus
 „Austriaca hinc bello, illinc vetitis
 „auxiliis Polono, Danoque suppedita-
 „tis, evertit, ubique etiam hostilibus
 „ausibus profanavit, infirmavitque:
 „pensate, quo proposito Hungariæ Rex,
 „ut paci septentrionali mora injecere-
 „tur, suis mandata dederit Pomera-
 „niam invadendi: si hoc audet eo tem-
 „pore, quo velut Imperij Candidatus
 „huc venit, quid non audaciæ sibi arro-
 „gabit, si potentiam auctoritatemque
 „Romani Cæsaris adeptus fuerit? Petit
 „igitur Rex meus, ut si ex familia Au-
 „striaca Imperator sit eligendus, præ-
 „missis provideatur, ut ad pacis & im-
 „perii securitatem, & Galli Suecique
 „Regis satisfactionem certum quid con-
 „cludatur, priusquam Germanici Re-
 „gni summa potestas huic Domui com-
 „mittatur, ut pax Westphalica sevetur
 „illibata, & debiti Austriacæ potentiae
 „limites præfigantur.„ Haud modera-
 „tiore calamo Carolus Rex ex Gote-
 „burgo & Nensburgo iteratas literas ad
 „congregatos Principes dedit, Leopoldum
 „incusans, quod posthabita fidei
 „pacisque reverentia externos Reges ad
 „bella contra Suecos incitarit, petit
 „ergo, ut exclusa Domo Austriaca Ca-
 „put

Sæc. XVII. „put Constitutionibus Imperii, publicisque
 A. C. 1658. „pacis legibus alligandum constituerent,
 „quo florentissimi membra Imperii deinceps
 „conquiescere possint. Ceterum Suedici
 Legati convitia postmodum publicè
 scripta confutata fuere. „

§. XIX.

Actum de Capitulatione Cæsareæ.

*Priorat.
 Script. con-
 tenuit. in
 Lib. II.
 pag. 23.*

Sub idem tempus agebatur de condi-
 ciendo electionis instrumento, que
 vulgo capitulatio vocatur, cui Galli
 Suedicis juncti inseri petebant, ut Res
 Romanorum proxime eligendus a
 vandis in Hispano Belgio vel Italia Ca-
 tholicis abstineret, & pacem Westphal-
 licam pro sanctione Pragmatica habe-
 ret, cunctaque adversus eam acta tan-
 quam nulla declararet. Obstitit Gal-
 lorum postulatis Papæ Nuntius, qui
 ut causam Dei & Ecclesiæ tueretur
 eorum in se odium concitare non ves-
 batur, sed die trigesimo Junii adversus
 omnia Sacræ Sedi & Ecclesiæ nociva
 reclamabat, divulgato hoc scripto:

„Ego Josephus San - Felicius Ab-
 „chiepiscopus Consentinus, & Nuntius
 „cius Apostolicus, omnibus & singulis
 „notum facio mea publicatione capitu-
 „lationis Regis Romanorum Ferdinandi
 „nandi IV. gloriosæ memoriæ An. 1654

„fancitæ, necnon recessus comitiorum Sæc. XVII.
 „Imperialium Ratisbonensium ejusdem A. C. 1658.
 „anni articulos 16. & 17. Capitulationis, necnon §. conquesti. Recessus,
 „qua voce, qua scripto & re impugnasse, utpote sanctæ Sedis Apostolicæ libertati, ac Jurisdictioni Ecclesiasticæ adversantia, veritati minus conformia, scandalique semina: subsequenter cum vacante imperio anno 1657. ad electionem Regis Romanorum procedendum esset, a primis Eminentissimorum, & legitimorum Principum Electorum sessionibus ex mandato sanctissimi D. N. Alexandri VII. pluries commonefeci Eminentissimum Archiepiscopum Electorem Moguntinum unice præsentem, & Serenissimi Collegii Directorem, quatenus in nova Capitulatione eligendo in Romanorum Regem præscribenda præacti articuli, tanquam erronei omitterentur, & si fieri posset, acta quæcunque præterita abolerentur, materia inter nos commependiosæ discursa, & fatente eodem Eminentissimo se in unoquoque articulo nullam habuisse querelam, nec præcedentem notitiam, quod Eminentissimus Archiepiscopus Elector Trevirensis, & Legati Serenissimi Ducis Electoris Bavarici confirmarunt. Accedente tandem ad comitia omnium
 „po-

Sæc. XVII. „postremo Serenissimo, ac Reveren-
 A. C. 1658. „dissimo Archiepiscopo Electore Colo-
 „nienfi, cui tribuebatur, transactæ Ca-
 „pitulationis articulus bis suam Re-
 „verendissimam Celsitudinem coram
 „formavi, ter per meum Auditorem
 „Reverendissimum Episcopum Mis-
 „sem, habito responso se per suos,
 „liorumque catholicorum collegam
 „Ministros conferentiam institutam
 „ad quam adeo me paratum exhibui
 „ut ipsorum recto iudicio rem commi-
 „tere non recusarem, ejus evidentia
 „me insinuante perspecta, tamen ne-
 „gotiorum mole urgente ad prælia-
 „dendas dilationes capitulatione cum
 „inserto articulo decimo nono loco de-
 „cimi sexti & decimi septimi Sereni-
 „simo Regi Hungariæ & Bohemiæ
 „Cæsarem eligendo porrecta, promissi-
 „non præhabita conferentia me re-
 „stante, ac protestante adfuerunt
 „mine Principium Electorum Catho-
 „licorum quatuor Deputati, nempe
 „Mecl Cancellarius Moguntini, D. An-
 „tanus Cancellarius Trevirensis D. Ul-
 „man Cancellarius Colonienfis, &
 „Oxel Deputatus Bavari, qui cum suis
 „Principales nullum habere gravamen
 „in materia articuli 19. imo nec intelli-
 „ligere partem illam, quæ ad Datarium
 „Apostolicam pertinet, ingenue præ-
 „terea

„terentur, tantum, D. Ususman in puncto **Sæc. XVII.**
 „appellationum ad sanctam sedem, e- **A. C. 1658.**
 „jus Nuntius motiva proposuit, quibus
 „cum abunde satisfacissem, tam ipsi,
 „quam cæteri causæ justitiam agno-
 „scentes suis Principalibus nullum ex
 „parte sanctæ Sedis, ejusque Nuncio-
 „rum illatum gravamen retulerunt, qui
 „difficultatibus cum Electoribus hære-
 „ticis incurrendis, si Articulus delen-
 „dus esset (ut ipse Elector Moguntinus
 „mihi testatus fuit) deterriti, sequenti,
 „ut ajunt, reversali, seu declaratione
 „ad me missa Apostolicæ sedi satisfacere
 „sategerunt. „ *Cum Illustrissimus
 & Reverendissimus D. Nuntius Apostolicus
 Joseph Sanfelicius Archiepiscopus Consen-
 tinus in hoc sacri Rom. Imperii Conventu
 Electorali sæpius insliterit, ut Articuli
 16. & 17. Capitulationi Ferdinandi IV.
 inserti amoverentur, ideo quod sanctæ Se-
 dis Apostolicæ multis modis præjudicent,
 nec tamen eâ, quæ ibi continentur hoc opere
 in factis existent, ut verificari possint, prout
 ipsis Dominis Electoribus Catholicis, evi-
 dentia rei fretus, desuper arbitrium detulit,
 & si quid tale inveniatur, quo se, aliosve
 Imperii Principes & status a sede Aposto-
 lica ejusve Ministris læsos existimare pos-
 sint, id ex sanctissimi Domini Nostri Papæ
 Alexandri VII. voluntate & jussu sine ulla
 mora tollere velit. Agnoverunt quidem
 Catho.*

Sæc. XVII. *Catholici Electores, & Serenissimi Electoris*
A. C. 1658. *vis Bavaricæ Legati præfatam demon-*

strationem rationi & justitiæ convenientissimam, ideoque prædictos Articulos, qui nunc in Leopoldi Electi Romanorum Regis Capitulatione sub decimo nono comprehenduntur, omittendos esse judicarunt, & ut Coelectores sui in idem consentiant, insisterunt, quia vero iidem ex diversis prætensis rationibus, præsertim vero ideo pro hac vice nuere recusarunt, quod ante hac eam in Capitulationi insertam fuisse dicerent, quæ nunc sine prævio maturo examine, quod in finandæ electionis necessitas excludat, mitti non debeat. Declarant & promittunt Catholici Electores, quod, ut non dubitant, si quid forte defectus, vel ab ipso prout sunt res humanæ, contra Germanicam concordatam, vel alias in puncto jurisdictionis imposterum irrepat, id ad primas de per allatas quærelas statim abolitum iri, sic jam ex sua parte modo dictum Articulum 19. ex Capitulatione omittendum existimarunt, ita etiam apud Dominos Coelectores tunc studium continuare voluerunt, ut eadem omisso ab illis posthac unanimo consensu Principum Electorum approbaretur.

„Quo decreto accepto ipsismet Principibus Electoribus Catholicis, aliisque Principum Ministris, imo Electo Romanorum Regi Leopoldo primo declaravi, me aperte protestando contra

„dicere Articulo 19. Capitulationis tan- Sæc. XVII.
„quam erroneo, scandaloso, & præ- A. C. 1658.
„judiciali, circa quem nihil se tenta-
„turum Cæsarea Majestas suo verbo
„spondit. Proinde iterum hoc so-
„lemni actu ad perpetuam rei memo-
„riam contradico, protestor, ac repro-
„testor semel, bis, ter, & toties, quo-
„ties opus fuerit contra articulum
„præcitatum, impugno ejusdem asser-
„tionem, habitoque pro invalido, nul-
„liusque roboris, proque nullo, inva-
„lido, ab omnibus haberi volo, ita, &
„taliter, ut taciturnitas, consensus,
„vel conniventia ex mea præsentia con-
„tra sanctam Sedem allegari in omnem
„hominum memoriam nequaquam pos-
„sit, quod præsentis literæ a nobis
„subscriptæ & nostro sigillo munitæ te-
„stentur. Datum Francofurti 9. Au-
„gusti 1658.

Porro articulus decimus nonus con-
tra quem Nuntius reclamabat, erat
sequens: „Quia etiam contra concor-
„data Principum, & pacta inita inter
„Ecclesiam, summum Pontificem, ac
„Sedem Romanam, & Nationem Ger-
„manicam, informibus gratiis, Re-
„scriptis, Annatis Episcopatum ex
„multiplicatione, atque extensione of-
„ficiorum Romanæ Curie, necnon re-
„servationum, dispensationum, ac re-
„servationum, dispensationum, ac re-
Hist. Eccles. Tom. LXII. Hh signa-

Sæc. XVII „signationum præbendarum, Prælatu- „tri
 A. C. 1658. „rarum, dignitatum, & officiorum, „Nu
 „quæ alias per obitum ad Curiam Ro- „C
 „manam non devolvuntur, sed semper „m
 „quocunque etiam mense vacent, Ab- „be
 „chi & Episcopis, capitulis, aliisque „bu
 „collatoribus competunt conferendi, „lic
 „prout non minus per Coadjutoris „ju
 „Prælaturarum electivarum, & præ- „qu
 „bendarum vel aliis viis, in detrimen- „No
 „tum Episcoporum, Cleri, & aliorum „te
 „contra data privilegia, & in præ- „bo
 „dicium quoque Juris patronatus, & „pr
 „Patronorum, indies, ac indefinenter „for
 „agatur publice, & idcirco illicitæ li- „qu
 „cietates & contractus, vel foederum „no
 „prout informamur, erecta sint: ita „bu
 „omne cum consilio Electorum, Prin- „Pa
 „cipum, ac Statuum, apud summum „di
 „Pontificem, & Sedem Romanam de- „mi
 „verti, & prævaricari curabimus, ut „ne
 „que dicta concordata Principum, par- „fel
 „tita, & Privilegia, ac Libertates „qu
 „conserventur, manuteneantur, iisque „sæ
 „firmiter insistendo pareatur, ita ut „La
 „men ut gravamina inibi reperta ac „ph
 „usus irrepti, rigore tractatus Augu- „br
 „stani de Anno 1530. in comitiis ab- „dic
 „gentur, & in posterum similia absque „tia
 „consensu Electorum non admittantur. „ver
 „Pariter in aliquibus locis in vectos ab- „lum
 „usus, per quos causæ civiles a suis

„tribunalibus ordinatis in Imperio, ad Sæc. XVII.
A.C. 1658.
 „Nuntios Apostolicos, vel plane ad
 „Curiam Romanam trahuntur, tolle-
 „mus, annullabimus, & serio prohi-
 „bimus, nostrisque Cæsareis fiscali-
 „bus tam penes Consilium nostrum au-
 „licum, quam Tribunal Spirense in-
 „jungemus, ut æque contra Partes,
 „quam Advocatos, Procuratores, &
 „Notarios, qui in posterum simile quid
 „tentabunt, & in iis quovis modo la-
 „borabunt, debita querela ex officio
 „procedant, ut quantocius transgres-
 „siones condigne puniantur, idque in
 „quantum hunc articulum concernit,
 „nostris dilectis cognatis, & Electori-
 „bus Saxonix, Brandeburgico, ac
 „Palatino, illorumque religionibus ad-
 „dictis, Principibus, & Statibus, si-
 „militer immediatæ nobilitati, ac om-
 „nem istorum subditis Augustanæ Con-
 „fessionis, comprehensis reformatis,
 „qui sub catholicis Ecclesiasticis, ac
 „secularibus superioribus habitant, ac
 „Landsassii, necnon religionis, & pro-
 „phanæ, nuperæque Monasterio Osna-
 „brugicæ paci, ejusque annexis, ut
 „dictum sine præjudicio, consequen-
 „tia ac damno. . .

Nec minori Zelo idem Nuntius ad-
 versus alterum Capitulationis articu-
 lum, quo Imperator suppetias in Bel-
 gium

Hh 2

Sæc. XVII. A. C. 1658 gium contra Anglos mittere prohibe-
 batur, sese opposuit, datis ad Electro-
 res hisce literis: „Ad tutelam catho-
 „licæ religionis tantum calamum trahit
 „nullius assentatione, vel odio lividum
 „dura enim intonuit Eminentissimis
 „Principibus & Electoribus Ecclesiasti-
 „cis propositio, ne durior præscribat
 „eligendo ex domo Austriaca in Ro-
 „manorum Regem Ignatio: (quam de-
 „pitulationem indigitant) nempe de-
 „stinendi a suppetiis in Belgium con-
 „tra Anglos mittendis. Sane primo
 „intuitu impium, ac indecorum unum
 „quisque existimabit ab Ecclesiasticis
 „Electoribus, quos Germania tanquam
 „germanicæ catholicæ religionis sa-
 „missimas veneratur columnas, qui
 „domo Dei constitutæ sunt contra he-
 „reticorum impetus, eas exigere con-
 „ditiones, quæ Divino nomini con-
 „temptum, suo maculam, scandalum
 „vero in universa catholica religione
 „generarent; obstupescerent enim, qui
 „mittentes arcum jam conversi sunt
 „in die belli, sed cogitent in obsecran-
 „rectos corde Catholicos, subtrahendis
 „tiam aliunde subsidiis, illi etiam, quibus
 „bus otium est præsentia, & veteribus
 „contueri, quid decerent allatum in
 „medium exemplum in fractæ principum
 „pum Electorum sacrorum constantia

„qui elapso sæculo rebellantibus Bata- Sæc. XVII.
 „vis ab Ecclesia, suoque Rege, ut ad A. C. 1658.
 „ingenium redirent, fortiter allabora-
 „runt; si Ecclesiastici Proceres catho-
 „licorum ruinam suis oculis aperire,
 „non contenti Christianæ charitati
 „præeuntibus opem ferentes repelle-
 „rent, ut interea vehementius trium-
 „phent hæretici? perpenderent pleri-
 „que ipsismet Archiepiscopis Electori-
 „bus non esse consultum, si pedem fi-
 „gerent in inferiori germania Angli,
 „summumque imminere discrimen a
 „Cromveliana adversus catholicos ra-
 „bie, quos funditus delere constituit.
 „De Moguntinensi Diæcesi præcipue
 „actum esset ex insidiis Palatini hostis,
 „eo molestioris, quo vicinioris, & Crom-
 „velio usque ad deforme obsequium
 „addicti, a quo suppetias abjectissime
 „contra vicinos Antistites, ipsumque
 „Moguntinum emendicasse literæ ad
 „Cromvelium datæ testantur, sed ad
 „hæc gemitus Jephthæ filiam unice di-
 „lectam immolare coacti, ut staret pro-
 „missis, reperitur. Iniqua enim illa
 „monstruosa pax Westphalica se opposuit,
 „in cuius §. & ut eo sincerior, Anglos
 „virtualiter comprehendere autumant,
 „qui Anglis nimis indulgent. Exami-
 „nandum ergo pactum Monasteriense,
 „succincte, proprie, & sincere absque
 Hh 3 „para-

Sæc. XVII. „paraphrasi impropria, aut cavillosa,
 A. C. 1658. „nec per canonum aut jurisperitorum
 „allegationes lippis, & tonforibus
 „tas more forensi res trutinanda in-
 „stante temporis angustia ad nauseam
 „evitandam, ad faciliorem tamen fieri-
 „nendam viam in duas partes dividenda
 „operæ pretium puto, prima erit ab in-
 „tatio usque ad finem. „

Prima sic ait, *Et ut sincerior amicitia mutua securitas inter Imperatorem, Regem christianiissimum, Electores, Principes, & status Imperii posthac servetur (sicut in articulo assurationis infra descripto) alterius hostes præsentis, aut futuros nunquam titulo, aut prætextu, vel occasione controversiæ, bellive ratione contra personarum, armis, pecunia, milite, consilio, aliterve juvet, aut ullis copiis, quæ contra aliquem hujus pacificationis consortem, quocumque Duce contigerit receptum, per se transire non possit.*

„Ex his colligunt Anglicani hujusmodi conceptum licet anno 1648. in Parlamento, cum nec Anglia de Cromwellio, nec de fœdere cum Cromwellio, gallia cogitabat, tam longas habere lacinias, ut ipsos etiam involvat, contentes verbis illis (ullius controversiæ bellive ratione) ipsaque ita inter præsentis, ac si unicuique bello contra Hispanos, aut alios Principes futurum

„gallorum hostes a quocunque motu Sæc. XVII.
 „Imperator se non immiscere obstrin- A. C. 1658.
 „xerit. Qui intellectus quam absur-
 „dus, & puerilis sit, unusquisque,
 „qui non plane respiciat, iudicet. Cum
 „enim ratio recti sermonis, quid con-
 „trahentes intendant, liquidissime ex-
 „plicet, impropriare verba, & sensus,
 „nec conveniens, nec congruum. Quis
 „enim sana mente dubitabit illud in-
 „strumentum inter Imperatorem, &
 „Regem christianissimum geminam se-
 „cum habere explicationem; nempe
 „ut Imperator gallorum hostes præsen-
 „tes, hispanos scilicet, & futuros, &
 „Anglos, Polonos, Danos &c. nequa-
 „quam ex quacunque causa contra
 „gallos juvet. Repeto ipsa verba. *Al-*
 „*ter* (Imperator) *alterius* (Regis gal-
 „*lici)* *hostes præsentis* (hispanos) *vel*
 „*futuros* (Polonos, Anglos, Danos)
 „*nullo nunquam titulo, vel prætextu, vel*
 „*ullius controversiæ, belli ratione* (nempe
 „*si novum in gallos, & Hispanos, Po-*
 „*lonos, Anglos, & Danos oriatur jur-*
 „*gium, vel in alia provincia bellum)*
 „*contra alterum* (Regem galliæ) *armis,*
 „*pecunia &c. juvet.* Patefacto igitur
 „textus pacificatorii intellectu dedu-
 „cenda absurda ex anglicano commento
 „resultantia. Liceret ergo Regi galliæ
 „subsidia uno verbo impedire Cæsarea
 Hh 4 „Regi-

Sæc. XVII. „Regibus Angliæ, Poloniæ, & Daniæ

A. C. 1658. „contra inuafores fuorum regnorum

„subministranda, tantum inimicitia

„cum Regibus ipsis declarando, &

„contra Imperatori frenum Gallie im-

„ponere, ne Hollandis, Lusitanis, Ve-

„netis, & Januensibus, cum vicinis

„de finibus, vel alia ex causa certis

„tibus succurreret, denunciato tantum

„illis nationibus bello. Addo, si Tu-

„ca, Siciliam, aut regnum neapolita-

„num aggrediatur bello feruente inter-

„duas Coronas, nec in auxilium Im-

„perator accurrere auderet sine infir-

„matione juxta adulteratum Anglican-

„rum sensum. Denique nil operatur

„illa dictio immediate subsequens (in-

„tra alterum) qua siue ad præcedens

„(bellive rationes) siue ad sequens

„(armis iuuet) referatur, terminatur

„etiam ad bellum gallo Hispanicum

„suppetias impedit contra Gallum

„finit tam late vagari ly (bellive)

„quæcunque, & cum quouis bello

„studium amplectantur.

„Sed non defunt effugia, quæ

„namque esto de bellis tantum gal-

„Hispanicis pax loquatur, cum tur-

„Anglicæ in Belgio auxiliaria sint gal-

„lorum, assumunt gallicum nomen,

„tanquam accessorium, ita natura

„sui principalis sequuntur, ut nulla

„disting-

„distinctio Nationum habenda, sed om- Sæc. XVII.
 „nes ut Galli sint æstimandi. Adhuc A. C. 1658.
 „nugæ, quis enim ignorat Cromuel-
 „lium publicum hostem se declarasse
 „Hispanorum, Hispanos Cromuelli?
 „Hic primum in Indiis, postea in Hi-
 „spaniis, in Canariis, & tandem in
 „Belgio bellum incepit, cum ingenti-
 „bus classibus, cum suis Imperatori-
 „bus, & vexillis, quæ fixit Mardichi,
 „& Bourburgi. Hispani Legatum ab
 „Anglia revocarunt, Anglorum bona
 „fisco addixerunt, bellumque contra
 „Angliam conclamarunt, ergone sunt
 „ut hostes directe in Belgio tractandi.
 „Nonne in triuiis leguntur impressa
 „foedera Cromuelli cum Gallis, & ar-
 „ticuli divisio inter ipsos Belgii Hispa-
 „nici, assignatis Cromuellio maritimis
 „Flandriæ civitatibus, ita, ut magis
 „proprie, & reipsa in expugnatione
 „Mardicana galli videantur auxiliares
 „Anglorum, eodem plane modo, quo
 „fuerunt Hollandis. „

Transeo ad secundam partem: Cir-
 culus quidem Burgundicus sit, maneatque
 membrum imperii post controversiam inter
 galliam, & Hispaniam sopitam hac pacifi-
 catione comprehensam, bellis tamen in eo
 jam vertentibus nec Imperator, nec ullus
 imperii status se immisceat. His dictis non
 „tantum Hispanos a suppetiis Germa-
 nis

Sæc. XVII. „nis contra gallos excludi Anglican
 A.C. 1658. „asserunt, sed vi dispositionis localis

„Belgium ipsum, a quocunque bellum
 „ibi geratur, adjumento Cæsareo de
 „stitutum, consequenter impune licet
 „Anglis Belgium aggredi, Hispanis
 „ejicere, Religionem subvertere, Ca
 „tholicos externos proscribere, omni
 „tandem susque deque confundere,
 „tamen recte, & discrete non ad ma
 „mam sinistram sensus, qui non tam
 „obscurus est, perpendatur, nemo ne
 „gabit verba illa inter contraheuta
 „prolata ipsos tantum, & in contra
 „nominatos comprehendere, nec a
 „incognita, quæve in rerum natura
 „tunc non erant extendi, eadem enim
 „ratione, qua res inter alios acta, res
 „ratio præjudicium non generat, neque
 „acquirere potest; cum etiam de bellis
 „(jam id est nunc actu vertentibus
 „non vertendis aperte loquatur, quæ
 „tamen eximere voluit, quæ tunc re
 „tebantur inter duas coronas, alias in
 „strumentum illud indigitandum fore
 „conjunctio pia foederum, & pactorum
 „Proteus multiformiter diversificolus
 „Aristippus, vas Pandoræ, æquum
 „Traianus, manna deserti. Hactenus
 „de vero & intrinseco Monasteriensis
 „pacificationis sensu, nunc ad delin
 „mitatem illius propositionis deteger
 „dum

„dam stylum convertens, constanter **Sæc. XVII.**
 „affero, bellum Cromuelli contra Hispa- **A. C. 1658.**
 „nos esse bellum Religionis, ideoque
 „damnabile, nulloque pacto inter Ca-
 „tholicos Principes comprehensibile,
 „satis superque hoc testantur Cromuel-
 „li mores, gesta, dicta, Catholicorum
 „proscriptiones, & cædes. Ipsa gallia,
 „ipsi imperii Principes inficias ire no-
 „lent hominem illum cum Suecis, Da-
 „nis, Hollandis, hoc primum in ore
 „habere, eversioem Papismi, Evan-
 „gelii, Protestantium patrocini-um. Hi-
 „spanis ipsis coram, & scriptis expro-
 „brasse inquisitionis rigorem, impedi-
 „mentum reformatæ (ut ipse ait) Re-
 „ligionis in Indiis disseminandæ. Ego
 „a viro insigni Principis Imperialis Mi-
 „nistro Londino redeunte audivi, Cro-
 „muellum belli allegare caussam contra
 „Hispanos Tribunal inquisitionis, pa-
 „lamque petiisse a Legato Hispanico,
 „ut cognitio illa aboleretur, si de pace
 „agere vellet, sed immanitates in ipso
 „Belgio nuper patratæ in ecclesias, ca-
 „tholicosque cum horrore volitant per
 „omnium ora. Dum hæc scribo literæ
 „asseruntur Hollandicæ, referentes ad-
 „ventum legati Cromuelli ad foede-
 „ratas Provincias, qui primo suæ pro-
 „positionis exordio protestantium cum
 „Anglis unionem ad catholicismum
 „elimi-

Sæc. XVII „eliminandum summopere urfit. S
 A. C. 1658 „ergo contra juratum Ecclesie perdue
 „lem in ipso conamine Ecclesiam pro
 „fligandi, sub pacis Westphalicæ fun
 „Romanorum Rex juratus Ecclesie
 „defensor, prohibeatur ab ope Catho
 „licis ferenda, ex præscripta ab Eccle
 „siasticis Principibus pactione attoin
 „admirationis excessu stabunt fideles
 „animo revolventes, quid fieri possit
 „ut quæ Christianis fulgent stemmatum
 „fastigiis insulæ, cruces gladiis, ge
 „leisque intermixtis pro fide assumer
 „dis, evaginandis, & quidquid sanctius
 „Germania colit, nefariis istis conat
 „bus suffragentur, quibus id unum et
 „professo agitur, ut omnis insula, &
 „quæque Ecclesie Hierarchie decem
 „exturbentur.,

§. XX

Leopoldus Hungariæ Rex in Romanorum Regem inauguratus.

Vid. apud Prioratum epistolam Franciæ Legatorum ad foederatos Rheni Principes tom. I. in vita Leopold. p. 32.

Tandem Moguntinus & Colonienſis aliique Electores futuræ Imperatoris electioni præfigebant decimam octavam Julii diem, qua omnes S. R. I. Electores ad Ecclesiam progressi, habitata solius Dei & populi salutis ratione ad electionem processuros, jurata spondebant, atque unanimi suffragio

in Romanorum Regem elegerunt Leopoldum Hungariæ & Bohemiæ Regem, cui Wormatiensis Episcopus bene precabatur, eidemque Elector Coloniensis die prima Augusti coronam, ceteraque Imperialis dignitatis insignia tradebat.

Die autem decima quinta Augusti Franciæ Regis Oratores, Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis Electores, Monasteriensis Episcopus, necnon Neoburgicus & Brunsvicensis Duxes, Landgravius & Sueciæ Oratores inter se fœdus, ut vocabant, Rhenanum Moguntinæ sanxerunt, vi cuius Cæsarem præpediebant, ne Hispanis in Belgio & Italia opem ferret, juratam vero Capitulationem exacte observare teneretur, ipsi vero mutuam inter se opem sponderent, quoties eorum aliquis vel Imperii status, qui Westphalicæ pacis focii sunt, hostiliter invaderetur, aut arma auxiliaria inimicis ejus terras illorum invadentibus præberentur. Reclamabat vehementer adversus hoc fœdus, Cæsar, & nomine Pontificis Nuntius Apostolicus, qui Monasteriensem Episcopum, & Neoburgicum Ducem ab hac societate abstertere nitebatur, vel saltem Suecos ac Protestantibus ab ea excludi petebat, eo quod Suecus juratus esset Sedis Apo-

Sæc. XVII.

A. C. 1658.

UNIVERSITÄT PADERBORN

Sæc. XVII. Apostolicæ hostis, quo admisso ipse
 A. C. 1657. rum foedus haud ultra glorioso unione
Catholicæ & Germanæ titulo decorari
 posset.

§. XXI.

Meditata Religionis concordia Catholicorum & Protestantium.

Massen. med. concord. **C**onfluxerant occasione hujus Conventionis Francofordiam quamplurimi non modo Catholici sed & Protestantes moderatione conspicui, ventisq; ayidi, qui non raro amica contentione de utriusque Religionis prerogativa inter se certabant: cumque Catholici Protestantibus objectarent, quod quamvis ipsorum Prædicantes in suis confessionibus nil nisi clarum & fertumque Dei Verbum proponere jactarent, nihilominus centies ac centies a Catholicis provocati, ac multoties probris laceffiti nunquam vel ullum confessionis suæ articulum Catholicorum doctrinæ adversum Verbis sacre Scripturæ minime dubiis controvertis que exponere potuerint, vicissim Protestantes Catholicis obtruderent, quos plures articulos post Tridentinam Synodum non ex Sacris Literis, sed sola humana traditione ac arbitrio credant. Ut igitur Catholici hanc calumniam

se amolirentur, hacque in parte Pro-
 testantibus plene satisfacerent, inter Sæc. XVII.
A. C. 1658.
 Catholicos, & moderatioris animi Pro-
 testantes convenit, ut omnes fidei ar-
 ticuli præcipue inter partes controversi
 solis S. Scripturæ textibus utrinque
 probarentur, indeque experimentum
 sumeretur; utra partium clarioribus
 magisque pro sua confessione expressis
 Scripturæ verbis niteretur, proin fa-
 cile manifestum fieret, quænam ex
 hisce confessionibus ad Verbum Dei
 scriptum propius accedat, sique talis
 Catholicorum confessio deprehenderetur,
 hæc sola inter tot diversas Chri-
 stianorum Religiones, cum eidem in-
 super uniformis ac perpetua Ecclesiæ,
 Doctorumque interpretatio accedat, pro
 vera & pura Christi doctrina ac fide ha-
 beretur. Placuit utrique parti hoc
 consilium, quocirca inter eos decre-
 tum, quatenus apud Imperii Princi-
 pes ac Proceres Francofordiæ in co-
 mitiis Electoralibus congregatos sup-
 plicandum esset, ut in rebus ad fidem
 spectantibus ea, quæ claris S. Scriptu-
 ræ textibus proposita, & semper in Ec-
 clesia primæva obvio sensu accepta usu-
 que longo firmata sunt, inviolate te-
 nere liceat: Hanc in rem sequens utrin-
 que concepta est supplicatio.

Augu-

Sæc. XVII.
A. C. 1658.

*Augustissimi, Serenissimi, gra-
tiosissimi &c. DD.*

„Supplici demissaque veneratione
„DD. VV. amore Salutis pacisque om-
„nium, patriæque ac Rom. Imper-
„bono incitati accedimus, obnixisque
„hoc precibus contendimus, ut in
„bus ad fidem spectantibus, illa
„violate tenere liceat, quæ claris ex-
„catisque verbis S. Scriptura nobis pro-
„ponit, & per tot retro sæcula, in
„mæva Patrum antiquorum Ecclesi-
„in communi obvioque sensu acceptis
„usuque longo firmata sunt. Tum
„vero, ne novitiis privatique senten-
„Doctoribus, illa fiat interpretandi
„bertas, quæ proprio omnia judicio
„voluntate definit; scripturasque di-
„nas pro arbitrato partim admittit,
„partim rejicit. Qua re antiqua Ge-
„manicæ nationis, Romanique Imper-
„rii, concordia magnopere perturbat-
„tur, conscientiarum quies tollitur,
„animorum diffidentia alitur, pax
„rarum convellitur.

„Quod quam periculosis hæc tem-
„poribus sit necessarium, quibus
„ter alia discrimina juratus christiani-
„sum hostis Turca nobis incumbit, no-
„mo non intelligit. Quamquam omnia
„infelicitatem reliquam longe vincit.

„tot animarum christianarum interitus, Sæc. XVII.
 „qui ex hac Ecclesiæ Regnique Dei dif- A. C. 1658.
 „sipatione nascitur, cum unus Deus,
 „unum Baptisma, una Ecclesia, una
 „fides sit, sine qua impossibile est pla-
 „cere Deo.,

„Quocirca non tantum ad vos Ma-
 „ximi Principes, sed pro vestra etiam
 „pace ac salute, demissa hac suppli-
 „catione accedimus, spe summa freti,
 „nos minime in ejuscemodi postula-
 „tione repellendos, quæ res gravissi-
 „mas, hoc est, animarum nostrarum,
 „totiusque Rom. Imp. præsentem æter-
 „namque salutem complectitur. Præ-
 „sertim cum summæ injuriæ sit, quod
 „S. Scripturam in claro illo, quo a Deo
 „est tradita, sensu, a veteri Ecclesia,
 „primisque Patribus, ex ore Aposto-
 „lorum accepta & intellecta, nos mi-
 „nime usurpare patiantur.,

„Hæc quandoquidem DD. VV. sin-
 „gulatim proponenda esse duximus, ut
 „intelligerent, in quibus articulis sacra
 „Scriptura nobis, vel subtrahatur, vel
 „evertatur, tantisque facilius malis,
 „& abusibus Doctorum, possint occur-
 „rere; hic per capita, ac particulatim,
 „hanc solam doctrinam & (quantum
 „licuit brevissime) ipsa verba Scripturæ
 „S. tanquam vocem ac testificationem
 „divini Spiritus, adducere placuit.
Hiß. Eccles. Tom. LXII. li Spe-

Sæc. XVII. „Sperantes fore, ut tam Protestan-
 A. C. 1658. „tium, quam Romanorum Ecclesi-

„Verbum Dei in communi sensu acci-
 „ptare minime gravetur: nisi a pro-
 „illi semperque usurpata professione,
 „a sua quoque religione deficiant,
 „Illud vero speciatim ad confite-
 „tiarum nostrarum, hac in re, que
 „tem demisse postulamus.,

I. „Ut Pastoribus ac Doctoribus
 „nibus tam Ecclesiarum, quam
 „versitatum imperetur, ne eorum
 „quam verbum Dei, privata sua
 „nitione ac doctrina, ab antiqua
 „munique primorum Patrum Sen-
 „tia, quam ab ore Apostolorum
 „dendam nobis hauserunt, detor-
 „conetur.,

II. „Ne Scripturæ S. Interpretatione
 „per aliam Scripturam toleretur:
 „simul constet, atque infallibili ex
 „literis demonstratione evincatur,
 „qui ad expositionem assumitur,
 „Spiritu S. illa definitione sensus des-
 „tum esse. Alias secuta in illo
 „scientia acquiescere non possumus,
 „præsertim si antiquæ hucusque
 „clesiæ diversus sensus fuerit.,

III. „Ut quæcunque Universitates
 „Verbum Dei in his articulis propo-
 „tum, in communi hoc sensu acci-
 „eidemque subscribere, atque in
 „veritatem jurare cogantur. Aut

„vincibili demonstratione ostendere, Sæc. XVII.

„Verbum Dei in his minime contineri. A. C. 1658.

„Quod si præstare detrectaverint, tan-
„quam hostes divinæ veritatis ac Sedu-
„ctores populi habeantur & declarentur.

„Interea his protestamur, primo
„quidem, quod siquid in hisce articulis
„minus conforme verbo Dei insertum
„videatur, nos illud solum juxta cla-
„rum scripturæ sensum, proponi atque
„intelligi postulemus; parati, sicubi
„aberratum esset, correctionem æquam
„admittere. Secundo, quod etiam si
„in tanta multitudine seductorum Ger-
„manorum simus incogniti: nihilomi-
„nus univèrse, præsentis æternæque
„Salutis desiderio, etiam tacentes,
„oremus; ut unum pastorem & ovile
„unum liceat impetrare.”

„Quod si vero id tam æqua postula-
„tione, ab iis quibus ex officio hæc
„cura a Deo imposta est, non audia-
„mur; neque ad propriæ communis-
„que Salutis bonum promoveamur,
„jure universi, coram ultimo supre-
„moque Judicis tribunali, in conspectu
„orbis totius, nos male desertos esse,
„conqueremur. Quod a nobis nostris-
„que Superioribus avertat ille, qui hu-
„mano generi redimendo missus a cæ-
„lesti Patre in hunc mundum venit Je-
„sus Christus. Amen.”

Sæc. XVII.
 A. C. 1658.

Hic libellus supplex ab utraque parte acceptatus, & iisdem verbis quibus a Catholicis conceptus, typis que excusus fuit, Francofordiæ in Comitibus Mense Aprili hoc anno in Leopoldi Regis Proceribus, aliisque Imperii Principibus offerebatur; Menſe autem Junio eundem hunc libellum Protestantes iterato prælo subjiciunt aliis passim communicarunt; et tamen nonnulli, ut planiorem sibi viam que ad Romanam Ecclesiam viderent, censuerunt convenire, ut summus Pontifex cuilibet liberam sub quacunque specie sacram Synaxin accipere facultatem faceret; cum autem quilibet articulos ex claro S. Scripturæ textu comprobare, utrinque fixum certumque esset, pro ejusmodi accepto nullum in sacris literis unquam collectis fundamentum reperiretur, rejecta est horum petitio. Tandemque edita est non modo a Catholicis & Protestantibus idioma Teutonice Confessio fidei solis S. Scripturæ comprobata, ubi tamen observantur quod Protestantes in suis articulis prima extra & præter S. Scripturam confessioni addiderint, & veluti immemores, proprio ore, relicto S. Scripturæ oraculo, locuti fuerint. Evanuit quoque vix non omnino

ceræ concordiæ spes, dum alii sanctæ Sæc. XVII.
 hujus pacis otores nimis præfestino ap- A. C. 1658.
 plausu, aut potius ludibrio scriptis &
 verbis in vulgus sparserunt, quod sum-
 mus Pontifex unacum præcipuis Eu-
 ropæ Principibus Catholicam reli-
 gionem cum Protestantium secta con-
 jungere moliretur, ratumque haberet,
 ut deinceps Papa supremum quidem
 Caput in consiliis, judiciisque esset,
 de cetero autem erga utriusque Reli-
 gionis fideles nonnisi Præsidis perso-
 nam ageret, obortasque de fide con-
 troversias ex sola S. Scriptura tanquam
 unico Judice decideret, ac Clero liber-
 tate matrimonii indulta, quadragesimale
 jejunium in quatuordecimale conver-
 teret, & auricularem confessionem, ac
 purgatorii fidem cujuslibet arbitrio re-
 linqueret. Cum autem hujus com-
 menti falsitas ex ipsa Ecclesiæ Catho-
 licæ firmitate, quæ nunquam in ullo
 fidei articulo a veritatis linea deslectere
 potest, fatis aperte eluxisset, & Catho-
 lici ejusmodi abominarentur pacem
 tanquam maledictam, quæ cum veri-
 tatis dispendio redimeretur, hinc stulta
 ejusmodi phantasmata flocci habeban-
 tur: ipse quoque hujus concordiæ co-
 natus suo caruit successu, partim quod
 Catholicis sine Romani Pontificis con-
 sensu de ejusmodi concordia gravius
 li 3 quic-

Sæc. XVII quicumque pertractare, fas non esse
A. C. 1658. partim quod Imperii Proceres Franco-
 fordixæ congregati ob politicas, quibus
 tum detinebantur, difficultates a sol-
 dis cogitationibus de componendis re-
 ligionum controversiis arcerentur. Ce-
 terum P. Jacobus Masenius Confes-
 sionem fidei ex S. Scriptura desumptam
 & ab utraque parte in comitiis
 atque inde gemino exemplari vulgari
 conciliavit, & non modo Alexandro
 VII. Pontifici, sed & omnibus Europæ
 & Imperii Principibus, liberisque
 bibus submitit, cujus tamen methodum
 Timotheus Laubenbergius ex Lutheranis
 rano Calvinista, & ex Calvinista Ca-
 tholicus factus carpfit.

§. XXII.

Gallorum victoriæ contra Hispanos

*Priet. An-
 nal. mund.
 Daniel Hist.
 de France
 tom 10.*

Eo tempore, quo Hispani crebra
 de in Belgio affecti de pace con-
 lianda agebant, Turrenius Fran-
 Marecallus, ipso Ludovico Rege
 Mardicensi urbe in auxilium properante
 Hispanos aggredi statuit; igitur Du-
 ckerkanam obsidionem relinquens, cum
 nes ferme copias suas, bellicque tormen-
 ad Dunas, ut vocant, prope Abbatiam
 contraxit: quo comperto & Joanne
 ab Austria Hispani exercitus Ducem
 ma-

majore animo, quam prudentia sine Sæc. XVII.
 tormentis bellicis in Francos movit, A. C. 1658.
 inconsultum hunc ardorem incassum
 dissuadente Ludovico Condæo: hac
 autem opportunitate Turrenius uten-
 dum ratus, die decima quinta Junii
 tanto ardore in Hispanos irruit, ut eos
 magna deleret clade, tribus millibus
 partim cæsis, partim undis in fuga hau-
 sissis, totidemque captis: ipse etiam
 Condæus, dum suos colligere, terque
 prælium alacritate summa redintegrare
 nititur, vix non captus ægre salutem
 in fuga invenit. Hæc tamen clades
 Leidensis Marchionis Dunkerkani Gu-
 bernatoris fortitudinem minime labe-
 factabat; postquam vero hic die vige-
 sima tertia ejusdem Mensis ex vul-
 nere accepto interierat, eadem adhuc
 die Basssecurtius ejus Præfectus urbem
 Gallis dedit, quam Rex ingressus ex
 pacto cum Cronwello Protectore inito
 Anglis tradidit, ea tamen lege, ut
 religio Catholica ibidem sarta servaretur,
 & Rex urbem quandocunque vellet,
 pecunia redimere possit. Verum An-
 gli in urbem recepti non modo Missæ
 Sacrificia in Templis deridebant, sed
 etiam Sacerdotes & Catholicos indi-
 gnissime habebant. Postea Turrenius
 continuato victoriarum cursu Bergam
 S. Vinocii, Furnas, Dixmidam, Alde-
 nerdam,

Sæc. XVII.
A. C. 1658.
nerdam, Menenam & denique Ypres
post quintum obsidionis diem cepit, in-
terim vero Ferteus Marecallus Gravel-
linam die trigesima Augusti Regis ar-
mis subjecit, Hispanis unacum Liguribus
Principe deletis. Tam multiplicis vic-
torix plausum turbabat adeo vehementer
Regis Ludovici morbus, ut nisi firmis
ejus habitudo potentissimis adjunctis
mediis febris violentiam fregisset, non
ejus vita actum fuisset: recuperata
tem salute Rex Mardico Lugdunum
secessit, ubi eidem nuntiatum, quod
Joannes Austrius a Gallis ad Burgundiam
invasus, omnia sua belli tormenta
suppellestem amiserit, denuo se
sibi consulere compulsus. Nec magis
pro'pere Hispani pugnabant in Italia
postquam enim Sabaudix Dux suas ve-
pias Mutinensi Duci & Navellio Mar-
reschalo junxerat, hic expugnata Me-
tara urbe, Hispanos prope Abditum
flumen in fugam egit, trucidatis plu-
quam quadringentis, captisque quibusdam
plurimis.

§. XXIII.

Bellum contra Danos redintegratum

Tuld. Hist.
Europ. l. 9. Interim Joannes Casimirus Polonix Rex
die sexta Julii Varsoviæ Regni
mitia habuit, in quibus pacem cum
Austria

Austriacis, Moscis & Marchione Bran-
 deburgico in vitam religiose servari, at-
 que exercitum contra Suecos conscribi
 præcepit; quamvis enim Poloni Tho-
 ronium urbem post sex Mensium ex-
 pugnationem e Suecorum manibus eri-
 puerint, adhuc tamen horum potentia
 & felicitas Poloniæ Regno ac fœderatis
 infesta erat; eapropter Leopoldus
 Hungariæ Rex Coloniam ad Spream cum
 Friderico Guilielmo Brandeburgico
 Electore non modo ad propriam defen-
 sionem, sed & repellendam vim a Sue-
 cis inferendam fœdus iniit. Nec ta-
 men inde terrebatur Carolus Gustavus
 ubique victor: infausto enim Marte Fri-
 dericus Daniæ Rex pugnabat adversus
 Suecos, qui unacum multis belli tor-
 mentis, aliquot navibus, & plurimis
 signis ineunte hoc anno Fioniam Insu-
 lam occuparunt, terroremque tam ma-
 gnum Hafniam usque circumtulere,
 ut Daniæ Rex atrociorem veritus cla-
 dem, Roschildiæ die vigesima sexta
 Februarii non minus indecorum, quam
 perniciosum fœdus pacemque inire,
 ac Schoniam Provinciam victori cedere
 cogeretur. Nec his satiata erat Caroli
 Gustavi hostem suum opprimendi cu-
 piditas; rupta enim pace rursus bel-
 lum die decima quinta Augusti contra
 Danos instauravit, ac die decima sexta

Sæc. XVII.
 A. C. 1658.

Sæc. XVII. Septembris Kronæburgo deditione ca-
A. C. 1658 pto, Hafniam Regni Metropolin toto
 armorum apparatu obsidione cinxit,
 necnon cum valido agmine in Holfatiz
 Ducatum irrumpens, hostilem in mo-
 dum rapinis, & incendiis omnia facta
 devastavit: quocirca Leopoldus Imper-
 ator edito diplomate omnes Imperii
 Principes ac præcipue Saxonici Ci-
 culi Ordines hortabatur, ut hanc belli
 procellam aliis quoque Imperii urbibus
 ac Provinciis impendentem armata vi
 avertere niterentur: insuperhabito an-
 tem Cæsaris decreto Carolus Rex De-
 nos in Sinlandia Insula terra marique
 in tantas redegit angustias, ut nil pro-
 pius, quam Hafniæ expugnatio esset,
 opportune tamen Batavi, qui cum ve-
 lida classe laboranti urbi opem latam
 accurrerant, Suecos navali prælio pro-
 fligarunt, simulque Hafniam obsidione
 liberatam annona abunde auxerunt.
 Interim vero Poloni tam prospero Marte
 contra Cosaccos & Moscicos pugna-
 runt, ut hi post iteratam cladem bibe-
 nio post propudiosam pacem cum Jo-
 anne Casimiro Poloniae Rege inire, ur-
 besque omnes, quas in Ukrania cep-
 runt, reddere coacti essent.

§. XXIV.

Sæc. XVII.
A. C. 1658.*B. Thomas de Villanova Sanctorum
fastis ab Alexandro VII.**Papa insertus.*

Cum Beatus Thomas de Villanova *Bull. magn.*
in Castro Fontisplani Toletanæ *Const. Alex.*
Diæcesis anno Christi millesimo qua- *VII. 55.*
dringentesimo octogesimo octavo na- *Tuld. Hist.*
tus, atque Ordinem Eremitarum S. Au- *lib. 9.*
gustini Salmanticæ professus, in vita
præclaris eniteret virtutibus, & post
mortem crebris miraculis sanctitatem
suam testatam redderet, Alexander
VII. Pontifex hoc anno ad Philippi IV.
Hispani Regis, plurium Præsulum ac
Hispaniæ Procerum preces eundem
ritu solemniter Sanctorum Albo adscri-
psit, die prima Novembris edito desu-
per decreto Apostolico, in quo refert,
quod sancti hujus Viri virtutes & mi-
racula prævie ab Ordinario rite exa-
minata, & per Sacram Rituum Con-
gregationem approbata fuerint, & pro-
pterea Paulus V. eundem Beatorum
numero inseruerit: postquam vero duo
alia satis insignia prodigia Deus per
hunc Beatum patrauerat, reque in plu-
ribus Congregationibus diu ac mature
ponderata de horum prodigiorum ve-
ritate, cultus incremento, actorumque
valore

Sæc. XVII. A. C. 1658. valore iatis abunde constare cognitum erat, Alexander VII. illum ab Universali Ecclesia pro Sancto agnoscendum declaravit, ejusque festum & Officium sub ritu, ut vocant, duplici secunda classis cum octava Academiæ Complutensi, in qua Theologiæ Professores egit, ibidemque Collegium erexit, recitari indulgit. Subscribere huic Constitutioni Pontificiæ Cardinales tum Romæ agentes numero triginta tres necessarios vero sumptus pro festiva hac solemnitate ex Valentini Regni, ubi S. Thomas Archiepiscopum egit, Philippus IV. Rex suppeditavit.

§. XXV.

Alicæ ejusdem Pontificis Constitutiones.

Bull. l. a. **P**ræter hoc decretum Alexander VII. Pontifex plures adhuc edidit Constitutiones, ac primo quidem, cum ad ejus aures fuisset delatum, quod Goensium necnon in adjacentibus Insulis inter clericos & præcipue eos, penes quos Christifidelium cura & regimen erat, quædam irrepsissent corruptelæ, hinc Sacræ Congregationi de propaganda Fide querelas a Goensibus delatas sedulo examinandas commisit, ac postmodum sequentia ejusdem decreta ex-
acte

acte observari præcepit. I. Pauperes Sæc. XVII. A.C. 1658.
 ad operas in Ecclesiis impendendas Pa-
 rochi sine justa mercede non cogant.
 II. Non nisi contumaces ad Catechesin
 pœnis, iisque moderatis compellant.
 III. Populum, præcipue mulieres, No-
 biles, seu ætate provectos ferula, vel
 verbis indecentibus non castigent. IV.
 Ad Seminaria etiam Nobiles. V. Et
 nullo habito discrimine etiam Pauperes
 ad scientias addiscendas admittant.
 VI. Regulares ab Ordinis habitu Neo-
 phytos non excludant. VII. Presby-
 teri sæculares a cura animarum & con-
 fessionibus excipiendis non arceantur.
 VIII. Ecclesiastici non se immisceant
 Regimini politico, ceteris tamen aptior
 comitiis intersit. IX. Regulares sæ-
 pius idiomate vernaculo concionentur,
 & Sæculares in Dei Verbi prædica-
 tione exercentur. X. Duntaxat ii,
 qui idiomatis gnari sunt, confessiones
 excipiant, non autem per interpretem,
 vel perlecto pœnitenti peccatorum ca-
 talogo. XI. Nullus sub prætextu igno-
 bilitatis vel rudioris ingenii, nisi pror-
 sus hujus mysterii incapax sit, a S.
 Synaxi arceatur. XII. Omnibus ægro-
 tis morti proximis, etsi in vilissimo tu-
 gurio degant, S. Viaticum porrigatur.
 XIII. Nullum ad Baptisma admittant,
 nisi a gentilitatis institutis plene recesserit,

Sæc. XVII. rit, & in fide rite institutus sit. XIV.
A. C. 1658. Non vi, sed Dei Verbo gentiles ad
 dem pertrahant. XV, A suis Paro-
 chianis nullum quæstum quærant.
 XVI. Reditus Confraternitatum deo-
 ceptæ sæculares procurent, XVII. Pa-
 peres gratis sepeliant Parochi. XVIII.
 Ethnici in Ecclesiis sacrificare non pe-
 mittantur, hisque Templis Neoplyti
 non præficiantur. XIX. Regulares
 Superiores quandoque suos subditos
 ad claustra revocent, ut innovato Re-
 gularis disciplinæ studio aliis exemplo
 esse possint. Præter hæc decreta Pon-
 tificis die vigesimo quarto Septembris
 sub excommunicationis pœna prohibe-
 buit, ne libri & scripturæ ex Archivis
 & Bibliotheca Canonorum Regni
 Lusitanorum extrahantur, de-
 claravit quoque die decima quinta No-
 vembris, ut Judæi Romæ pensiones
 domorum Dominis Christianis solvere
 teneantur, etiam illo tempore, quæ
 aliis non fuerunt locatæ.

§. XXVI.

*Quædam S. Congregationum deci-
 siones.*

*Const. S.
 Congr. Rit.
 Ep. Conc.*

Motis subinde dubiis Sacræ Congre-
 gationes Romanæ hoc item anno
 varias decisiones ediderant, cumque
 Moad

Monopolitani Canonici declarari petiif-
 sent, an absentibus vel impeditis Epi-
 scopo, Archidiacono aut Archipres-
 bytero, Vesperarum & Missarum so-
 lemnia ad Hebdomadarium, vel anti-
 quorem Canonicum, aut Primicerium
 spectent? Sacra Rituum Congregatio
 die octava Januarii respondit, id per-
 tinere ad Primicerium, & postea ad
 Canonicum digniorem, die autem vi-
 gesima sexta ejusdem Mensis decidit,
 quod Episcopus, neque cum consensu
 Capituli ritum processionum a Rituali
 Romano præscriptum immutare va-
 leat; bene tamen ad custodiendam Mo-
 nialium clausuram etiam in Monasteriis
 sibi non subjectis uti possit censuris,
 exque ligent non modo Regulares ac-
 cedentes, sed & Moniales facta de il-
 lis mentione, nec Regulares possint ab-
 solvere incurfos. Declaratum quoque
 die decima sexta Martii, quod Episcopo
 celebranti non Diaconi, sed Capella-
 nus cum candela inservire teneatur,
 nec Canonici cogi possint, ut Episcopo
 in Missis privatis inserviant. Statuit
 quoque S. Concilii Congregatio die duo-
 decima Junii, quod Moniales exemptæ
 possint habere Confessarium extraordi-
 narium ab Episcopo in casu negligenti-
 æ Superiorum, Confessarius autem
 etiam extraordinarius non possit earum
 con-

Sæc. XVII.
 A. C. 1658.

Sæc. XVII. confessiones excipere, nisi sit prius ab
 A. C. 1658. Episcopo approbatus. Declaratum in
 super die tertia Augusti, quod Regulares etiam censuris compelli possint ad
 processiones Corporis Christi, ad Rogationum Litanias, & ad supplicationes
 nes ob publicam necessitatem decretas, nisi ultra milliare distent, vel privilegii
 Concilio Tridentino posterioribus muniti sint.

§. XXVII.

Principum atque Illustrum obitus.

*Daniel hist.
 de France
 tom. 10.
 Tuld. Hist.
 Eur. l. 9.
 Prior. Hist.
 Leop. l. 2.
 tom. 1.*

Hunc item annum ex Principibus non
 pauci vitæ suæ exitialem exper-
 sunt, ex quibus paucos recensemus:
 obiit autem Santhiæ die decima quarta
 Octobris Franciscus I. Estensis, Mutinæ
 Dux. Hic generosi animi Princeps,
 cum se ab Hispanis minus haberi cre-
 deret, Gallorum partes secutus, Ita-
 lici exercitus Ductor supremus nomi-
 nabatur, & non una victoria, præter
 que Valentia feliciter expugnata in-
 claruit: ast ex continuis stomachi mor-
 boribus tandem in febrim incidens, cum
 ex castris Bugellam deferebatur, inde
 vero, Valentiam purioris aeris gratia
 contenderet, aucto morbo Santhiæ
 hæreret compulsus, omnibus Ecclesiæ
 Sacramentis munitus obiit: annos natus
 quadraginta.

quadraginta octo. Successorem habuit Sæc. XVII.
 Alphonsum filium suum non modo Du- A. C. 1658.
 catus, sed & paternæ pietatis hære-
 dem. Ineunte autem hoc anno vivis
 ereptus est, nondum expleto Princi-
 patus sui biennio die trigesima Martii
 Bertuccius Valerius Venetæ Reipublicæ
 Dux dotibus animi & corporis ad diu-
 tius ferenda Regiminis onera aptissimis
 ornatus, cui mox proximo Mense suc-
 cessit meritis haud inferior Joannes Pi-
 farus delectus ex numero Senatorum,
 quorum singuli ad ampliorem ditionem
 regendam videbantur idonei. Hic ta-
 men anno sequenti non sine magno Rei-
 publicæ luctu & damno die prima Octo-
 bris anno ætatis suæ septuagesimo pri-
 mo decessit, cui die decima tertia ejus-
 dem Mensis subrogatus est Dominicus
 Contarenus hac dignitate, in hac fa-
 tali temporis vicissitudine dignissimus.
 Sub idem ferme tempus rebus huma-
 nis valedixit Adolphus Fridericus Me-
 gapolitanus Dux, cujus ditiones regen-
 das suscepit ejus Filius Christianus.
 Denique Oliverius Cronwellus nomi-
 natus ille trium Regnorum Protector
 die decima tertia Septembris Wite-
 halix febris consumptus periit. Hic jura-
 tus Regiæ auctoritatis osor, Catholi-
 corum hostis, nonnisi Caroli I. Regis
 excidio, sua hypocrisi, & adhærentium
 Hist. Eccles. Tom. LXXI. K k po-

Sæc. XVII potentia viam ad supremam ac pluri-
 A. C. 1658. quam Regiam auctoritatem sibi sterna-
 bat: execrabantur non pauci ejus au-
 bitionem & tyrannidem, cujus jugu-
 iterata conjuratione excutere molis-
 bantur, semper tamen eorum consilio
 detexit Cronwellus, qui conjuratos
 non modo carcere & securi, sed & de-
 petitis cruciatibus adeo inhumane per-
 cutebat, ut moriendi finem non scire-
 rent, nisi postquam tertia morte suam
 mam exhallassent. Hac tamen crudeli-
 litate tot sibi hostes ex ipsis etiam
 fautoribus accersebat, ut sibi de vi-
 sua metuens, nunquam in eodem loco
 ultra biduum subsistere ausus, semper
 armis undique cinctus incederet. Tu-
 dem vero extremum vitæ diem imma-
 nere sentiens, ex suis Prædicantibus
 sciscitabatur, utrum quilibet haberet
 gratiam a Deo, illis autem negantibus
 respondentibus subjunxit, *id est non
 credo, non nisi unica vice in vita mea gratiam
 Divinam habui: quo dicto paulo post*
 vitam finiit, anno ætatis suæ sexagesimo
 octavo, Tyrannicæ dominationis anno
 quinto. Referebatur a suis in alio loco
 Sanctorum, eoquod eadem die, quo
 obiit, Dumbaræ & Worcestriæ de Carolo II.
 Rege geminam reportasset victoriam:
 Sepultus est Regia pompa
 pompa expensisque sexaginta librarum

millibus in Westmonasteriensi Abbatia, *Sæc. XVII.*
 inde vero ex tumulo erutum ejus ca- *A. C. 1658.*
 daver anno hujus sæculi sexagesimo
 Tyburni patibulo affixum, post aliquot
 horas in ignominioso hoc loco terræ
 mandatum est. Infamen hunc exitum
 denique habuit vix non unicus ex Ty-
 rannis, qui fortunam diu constantem
 experti vitam sine violenta morte finie-
 runt. Reliquit Cronwellus Richardum
 Filium dignitatis quidem suæ, non ta-
 men ingenii & industriæ successorem,
 quocirca hic tanto oneri impar paulo-
 post succubuit.

§. XXVIII.

*Marci Antonii Bragadini Cardina-
 lis decessus.*

Nonnisi uuicum ex Purpuratorum
 Collegio hoc anno decessisse com- *Ciacon. in*
 perimus, Marcum Antonium Braga- *vita Ur-*
 dinum, qui utriusque Signaturæ Re- *ban. VIII.*
 ferendarius, postea ab Urbano VIII. *Ughell Ital.*
 Cremensis Episcopus renunciatus est; *Sacr.*
 evoluta autem triennio ad Ceneten-
 sem, & sexto post anno ad Vicentinum
 Episcopatum translatus, commissas
 Ecclesias summa vigilantia administra-
 bat, exemplo ac pietate, forma gre-
 gis sui factus. Demum vero solo me-
 ritorum suffragio ab eodem Pontifice

Kk 2

ad

Sæc. XVII. ad Romanam Purpuram euectus, **A. C. 1658.** summi Pontificatus fastigium ascendisset, nisi ingentibus suis virtutibus preperantem mors stitisset: obiit enim die vigesima octava Maji anno ætatis sue sexagesimo octavo, sepultus in Basilica tituli sui ad S. Marcum.

§. XXIX.

Duo Cardinales ab Alexandro VII. creati.

*Clacon. in
vita Alexand. VII.*

Huic Alexander VII. Papa die vigesima nona Aprilis duos alios rogabat Cardinales, quos jam in pectore, ut vocant, servabat: Horum primus erat Scipio Elia Senensis Patritius; qui ex Pisano Archiepiscopo Cardinalis Presbyter tituli S. Sabinæ creabatur: Alter nominabatur Hieronymus Farnesius patria Romanus Presbyter Cardinalis tituli Agnetis extra Muros.

§. XXX.

Relatio prodigiöse apparitionis Christi Domini in Eucharistia

*Lett. Pastor.
de l'Evêque
d'Ang. touchant le miracle Esc.*

Die vigesima quinta Junii hoc anno Henricus Andegavensis Episcopus epistolam Pastoralem edidit, in qua contulit prodigiosam apparitionem Christi Domini

Domini in Sacra Hostia; ut autem huic relationi propria referentis fides magis integre constet, ipsa præfati Episcopi verba ex Gallico in latinum idioma versa adducere, haud inconsultum erit: Rem autem ita retulit Episcopus:

„Datis ad nos literis Ulmenfis Parochiæ ad S. Florentium prope Salmurium Parochus significavit, quod die Sab- bati infra Octavam Corporis Christi visibiliter Christus Dominus in Sacra Hostia apparuerit: quantocius igitur Salmuriensi Parocho negotium dedi- mus, ut ad hanc Parochiam accedens in rei veritatem exacte inquireret. His magna prudentia & exactitudine ita peractis, postquam Parochi, Vi- carii, pluriumque Parochianorum te- stimonia relationi nobis factæ consona ad nos transmissa fuere, non abs re fore censuimus, si ipsimet de hujus prodigii veritate nos certos reddere- mus, atque ex proprio testium ore il- lam addisceremus. Advenimus igi- tur unacum nostro Promotore die vi- gesima hujus Mensis, ubi peracta re Divina de Sancto Spiritu pro impe- trando lumine ad cognoscendam tanti momenti veritatem necessario, ean- dem S. Hostiam adhucdum in Lunula seu suo receptaculo, asservatam, ubi apparitio facta est, perlustravimus,

Sæc. XVII.
A. C. 1658.

*Nouv Re-
cueil des Aff.
du Clergé de
France t. I.*

Kk 3

„cun-

Sæc. XVII., cunctisque exactissime examinatis
A. C. 1658., comperimus, quod hæc apparitio
 „quocunque artificio, aut lucis reve-
 „beratione, nec aliis ordinariis natura-
 „viis accidere potuerit, seorsim enim
 „Parochum, ejus Vicarium, & Para-
 „chianos, qui tum Aræ magis vicini
 „erant, necnon duos Salmurienfes
 „ves tum præsentis examinavimus, &
 „que ex illorum testimoniis intellexi-
 „mus, quod præfata die secunda hujus
 „Mensis, quæ erat Sabbatum in
 „octavam Corporis Christi eo tempore
 „quo Parochus hæc verba decantabat
 „*Verbum caro, panem verum, in Locus*
 „Hostiæ loco, apparuerit species huma-
 „nis, qui crines subflavos, & ad he-
 „meros pendulos, pellucidam faciem
 „& manus decussatas, seu dextera
 „sinistræ transversum inclinatam, cor-
 „pus vero candida veste in formam
 „bæ indutum habuerit, hæcque appa-
 „ritio tam in Tabernaculo, ubi SS. Sa-
 „cramentum erat expositum, quam
 „tiam in Altari, postquam Parochus
 „ut hanc visionem propius populo mu-
 „strare posset, ab eo descendit, ubi
 „quadrantem horæ duraverit: postquam
 „dum autem quædam apparuerit
 „becula, hunc hominem involvens
 „qua mox dissipata, sacra Hostia
 „pristina sua figura, uti ante hoc præ-
 „dignum

„digium erat, visa fuerit. Hæc om- Sæc. XVII.
 „nia sic contigisse, unanimi voce pro- A. C. 1658.
 „fitebantur testes: unde credere fas est,
 „quod Salvator mundi in hac totius
 „Diæcesis pauperrima Parochia sese vi-
 „sibiliter manifestarit., Hucusque ver-
 „ba Episcopi, qui hoc prodigium, eo
 „tempore, quo Calvinistæ Salmuriensem
 „suam Pseudo - Synodum celebrarunt,
 „contigisse observans præcepit, ut hæc
 „S. Hostia in dicta Ecclesia ex cornu
 „Evangelii prope Aram summam decen-
 „ter asservetur, & quotannis eadem die
 „anniversarium festum celebretur, præ-
 „fata autem S. Hostia absque Episcopi
 „licentia non exponatur.

§. XXXI.

*Quidam Scriptores Catholici hoc an-
 no defuncti, eorum opera.*

Obiere hoc anno ex Scriptoribus Ca- *Ant. Bibl.*
 tholicis non pauci, ex quibus ta- *Hispan.*
 men nonnisi celebriores adducemus, *Witte Diar.*
 & primo quidem die vigesima Januarii
 decessit Marcus Salmeron ex Ord. S.
 Mariæ de Mercede Episcopus Truxilla-
 nus, qui posteris reliquit Sacram Apo-
 logiam, sermones in Evangelia & de
 Infantia Christi, præter discursus Hi-
 storico - Politicos, & Rhapsodiam. II.
 Venerabilis Bartholomæus Holtzhauser

Kk 4

In-

Sæc. XVII. Ingolstadiensis Doctor, Chiemensis Episcopi Vicarius, & ad S. Joannem Leoggental Decanus, qui celeberrimus Clericorum in Commune viventium (vulgo Bartholomitæ vocantur) Congregationem ab Innocentio XI. anno 1680. approbatam erexit, hocque anno non sine magna sanctitatis fama decessit. Scripsit Visiones varias, tractatus de humilitate & dilectione præ expositionem in Apocalypsin, Corporis instituti, instructiones de via perfectionis, visionem pollutorum in inferis Constitutiones, & exercitia spirituum eorumdem Clericorum. III. Vincentius Willart Ord. FF. Præd. edidit Pronuntios Antichristi seu hæreticos eliminatos confusos, pretiosam Evangelii margaritam, & fructus Verbi Divini. IV. Joannes Desloix ex eodem Ordine scripsit suum Inquisitorem fidei, exercitia sub celebratione Missæ, & Speculum Inquisitionis Bisuntinæ. V. Joannes Eusebius Nierembergus Jesuita edidit tractatum de arte voluntatis Theopoliticum, Doctorem Evangelicum, Stromata S. Scripturæ, doctrinas asceticas, & homilias catenatas ex vetustis SS. Patribus præter plura alia. VI. Ægidius Avila ex eadem Societate scripsit theatrum Ecclesiasticum Ecclesiarum Hispaniæ & Indiarum.

diarum, vitas Eruditorum, & de antiquitatibus Salmanticæ. VII. Petrus Wastellius Carmelita edidit tractatum de Eucharistia contra Sectarios, Apologeticum pro Joannis Hierosolymitani Monachismo, ejusque libro de institutione primorum Monachorum, & opera Joannis Nepotis Sylvani Patriarchæ XLIV. Jerosolymorum præter Promontorium Carmeli.

Sæc. XVII.
A. C. 1658.

§. XXXII.

Protestantium Scriptorum obitus & lucubrationes.

Ex A catholicis hoc anno denatis scriptoribus celebrantur. I. Joannes Wirtz, qui sermones scripsit in D. Lucam & Joannem, tractatus de munere Ecclesiastico, de Ecclesia, de invocatione, de juramento, de conjugio Clericorum, de Christo unico Novi Testamenti Pontifice, de communione Sanctorum, juramento, de doctrinæ Romanæ consensu, de bonis operibus & purgatorio, præter nonnulla alia. II. Joannes Micrælius edidit orthodoxiam Lutheranam contra Bergium, & Ethnophonium contra gentiles de principiis Religionis christianæ. III. Jacobus Revius scripsit doctrinam & ordinem Ecclesiarum Belgicarum, Historiam

Freher
Theatr. Vir.
erud.

Sæc. XVII. riam Pontificum Romanorum, examina
 A. C. 1658. Differtationes de Episcopatu Constantini Magni, Historiam Davidis Georgii Hæresiarchæ, Soaresium purgatum de libertatem Christianam circa usum opillitii defensam, necnon considerationem Theologicam methodi Cartesianæ. IV. Joannes Bergius posteris reliquit tractatum de S. Cæna, regulis de formandis in religione judiciis, analysis controversiæ de Persona Christi. Diatribam de primo homine, & tractatum de dissensu Ecclesiarum Evangelicarum in Germania. V. Joannes Heringius elucubravit Historiam Sacram de Tobia, de homicidio Cain, de appellatione in Vallem Josaphat, & meditationes de vita Christiana. VI. Christophorus Cartwrightus publicè juris fecit Electa Targumico-Rabbinicam in Genesim & Exodum, & commentarium in Psalmum decimum quintum. VII. Petrus Molinæus edidit defensionem fidei Catholicæ pro Jacobo Rege Angliæ, tractatus de origine Capucinorum, de cognitione, fide iustitiantate, pœnitentia & clavibus, novitate Papismi, vocatione pastorum, & de ultimis temporibus contra Bellaginum, & de Antichristo, præterquamplurima alia.

§. XXXIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1659.*Venetorum victoriæ contra Turcas.*

Annus hujus sæculi quinquagesimus
 nonus Venetorum armis adversus *Nani Hist.*
 Turcas secundo auspicio fluxerat; nec *Ven. l. 8.*
 parum ad distrahendas hostium vires *tom. 2.*
 conferebat seditio Assani Aleppensis
 Bassæ: Hic enim cuidam Principi, qui
 se Amurathis Filium jactitabat, adhæ-
 rens, conspirantibus aliis pluribus Bas-
 sis cum septuaginta armatorum milli-
 bus Sultano bellum intulit, vindicatis-
 que suo Pseudo-Principi Asiæ & Sy-
 riæ vectigalibus ad Iconium Turcas in-
 genti clade protrivit, terroremque ad
 ipsas etiam Constantinopolitanæ urbis
 portas circumtulit. Enimvero Turca-
 rum Imperator omnem movit lapidem,
 ut ementitum hunc Principem oblatis
 præcipuis Imperii dignitatibus a rebel-
 lium partibus abduceret: referunt etiam
 nonnulli, quod Alexandriam ad Issum
 cum septendecim præcipuis Ducibus
 venire finxerit, cum seditiosis trans-
 acturus: Verum Princeps aut parta
 victoria elatus, aut infidis Aulæ Otto-
 manicæ pollicitationibus diffisus, om-
 nes reconciliandæ pacis condiciones
 elusit, suumque exercitum Scutarium
 usque promovit: ibidem vero Aleppen-
 sis

Sæc. XVII. sis Bassa palam promulgari iussit, quod
 A. C. 1659. nil hostile adversus Imperii salutem
 machinaretur, sed unice vindictam se-
 mere vellet de supremo Vezirio Vini
 crudele, qui principalium, magisque
 fidorum Bassarum cruore pollutus, tan-
 quam publicus Imperii hostis castigari
 mereretur. Igitur Vezirius cum valido
 exercitu, ductore Nicomediensi Bassa
 Aleppensem aggreditur: ast non ipse
 ipse, sed & Mortassanus Bassa, qui
 tum Syriæ præerat, atque in Sultani
 opem cum tribus Janissarorum millibus
 accurrerat, non sine magna suorum
 clade repulsi sunt: cum autem Albi-
 nus hac victoria male uteretur, ali-
 de vero apoplexia tactus curandæ va-
 tudinis causa Aleppum secederet, epis-
 res nutare cæperant: eo etiam se con-
 tulit Mortassanus Bassa, se a Sultano
 missum mentitus, ut eidem sibi que ad-
 hærentibus amplissima præmia, præ-
 mosque honores offerret, dummodo
 honestam pacem acceptare non recu-
 turus esset. Aleppensis ambitione
 cupiditate excæcatus, fraudem quem
 nime subodoratus, ad convivium, quod
 Mortassanus parari iussit, improviso
 prorsus consilio cum triginta suorum
 præcipuis accessit, ubi tamen a fatis-
 litibus ex improvise immixtis laqueis
 suffocatus periit, & ceteris triginta
 Mor-

Mortassani jussu capita demessa sunt, Sæc. XVII.
 quæ postmodum Constantinopolin sub- A. C. 1659.
 missa, palisque e Regione Palatii Tur-
 cici suffixa diro spectaculo crudelem
 Sultani ac Vezirii animum refecerunt.
 Sublato rebellionis capite mox dissipata
 est factio, multique ex seditiosis sese
 Vezirii clementiæ dederunt, quos ta-
 men Turcæ trucidarunt, novo argu-
 mento comprobantes, quod tantum fi-
 dem servare soleant, quantum eorum
 res exigunt. Dissipata igitur hac fa-
 ctione Vezirius totam belli molem in
 Venetos effundere parabat, hancque
 in rem Ali novo Turcicæ classis Præ-
 fecto præcepit, ut cum triginta trire-
 mibus, & sex majoris molis navibus
 ad Peloponensum excurreret, præpe-
 diturus, ne Mainottæ, qui religione
 Christiani cum Republica conspirare
 credebantur, sese Venetis jungerent;
 attamen Morosinus Venetæ classis Præ-
 fectus hostem præveniens, Methonem
 munitissimam Peloponensi urbem inter-
 cepit, Turcasque turmatim accurren-
 tes repulit, absdubio Coronem quoque
 alteram Mainotensis Provinciæ urbem
 expugnaturus, nisi ad Insulam Chio
 properare jussus fuisset, ut unacum
 Hieronymo Contareno Hellesponti fau-
 ces occuparet, Turcisque Ægæum
 mare præcluderet, quod & Toronensi,
 ac

Sæc. XVII. ac Cismeæ, urbibus incensis, & arce
 A. C. 1659. rubra feliciter subacta præstitit, non
 sine ingenti damno ac dedecore Tur-
 carum.

§. XXXIV.

*Pax Pyrenæa Gallos inter & His-
 panos.*

*Priorat.
 Tratt. della
 pace & Hist.
 di Leopold.
 lib. 5.
 Hode vie de
 Louis XIV.*

Jam per viginti omnino annos Hispaniam inter & Franciam atrociter ve-
 debat bellum, non sine magno Christiani-
 tianæ Reipublicæ damno, & majori
 Acatholicorum triumpho atque incre-
 mento, a Richelio incæptum, a Mazarino
 continuatum, & denique ab Alexandro VII.
 Papa, necnon Moguntino & Colonia
 Electoribus omnem operam ac sollicitu-
 tudinem impendentibus exoptata quæ-
 tamdiu ab Europæ finibus exulata re-
 cata est. Nam prior Pigmentellus
 Hispani Regis Legatus, qui eo tempore
 Lugdunum ad Franciæ Regem contulerat,
 pacem proposuit, & primo quædam
 dem ineunte Mensè Maio semestres de-
 cernebantur belli induciæ, vicinæ præ-
 auguria: habentur quoque Parisiis præ-
 vata inter Julium Mazarinum Cardina-
 lem & Antonium Pigmentellum colloquia,
 in quibus de Alphonso Matoraniensi
 Duce in Hispani, & Condæ

Principe in Galli Regis gratiam reci- Sæc. XVII.
piendo, necnon de reddendis urbibus A. C. 1659.
utrinque captis agebatur, tandemque
veluti pacis vinculum, pignusque erat
matrimonium inter Ludovicum XIV.
Franciæ Regem, & Mariam Theresiam
Philippi IV. Hispani Regis Filiam. Pla-
cuit præprimis, ut Mazarinus nomine
Franciæ, & Ludovicus de Haro Hi-
spaniæ Regum Legati ad Emporium
S. Joannis de Lucio convenirent, de
congressus loco, necnon pacis articu-
los exequendi modo deliberaturi. Ma-
zarinus igitur die vigesima quarta Junii
Parisiis profectus, die vigesima octava
Julii ad congressus locum advenit, ubi
ex utriusque partis consensu ad Montes
Pyrenæos selecta est Insula Phasiana
in Vidossa flumine, quam olim ad duel-
lum contra Franciscum I. Carolus V.
Imperator designaverat: Habebantur
viginti quatuor Sessiones, in quibus
præter alia præcipue die septima No-
vembris perpetua utrinque pax, ex-
clusa Lusitania, nisi ad Hispanos redie-
rit, conclusa, sponsalia inter Regem
& Hispaniæ Infantem contracta, dos
stabilita, urbes aliæ redditæ, aliæ re-
tentæ, Condæus facta deprecatione a
Gallo in gratiam receptus, sicut & Al- Calmet Hist.
de Lorr.
t. 2. p. 562.
phonus Mutinensis, ea lege, ut prior
milites suos sacramento solvat, alter
vero

Sæc. XVII. vero Hispano Corregium restituit. In
 A. C. 1659. super Carolus Lotharingæ Dux e cap-
 tivitate dimissus, inque suum Ducatum restitutus est, Nancæi tamen munimenta diruere, & ultro jureque Caromontanum, & Barrensem Ducatum, aliasque quatuor urbes Gallo-
 fuisse, publicis literis profiteri jubetur. Attamen Dux adversus hunc articulum per suum Legatum Claud. de Mangin publice, incassum licet clamabat: Sancitum præterea, ut regeretur summus Pontifex, quatenus controversiæ circa Valles Comacien. Castrum & Rossilionem componantur, & Moncæi Principi sua bona in Ducatu Mediolanensi & Neapolis Regno restituantur, denique ne ignis sub cineribus latens in Valle Telina necnon inter Helvetos Catholicos & Protestantos rursus erumpat, decretum est, ut concordia per utriusque Regis studium reddatur.

§. XXXV.

Civiles tumultus in Anglia.

*Rapin
 Thoir. Hist.
 d' Angl. l. 22.
 Priorat. vit.
 Leopold.
 2. 1. 1. 5.*

Mortuo Cronwello nequaquam civilium tumultuum in Anglia finis erat; quamvis enim Richardus tertius Filius a Parliamentis, militibus, Anglicis baptistis, Presbyterianis, & præcipue a Cromwello

a Cronwellianæ Reipublicæ fautoribus in Angliæ Protectorem renuntiatus esset, nihilominus tamen unaquæque ex hisce factionibus sub Richardi regimine privatis suis commodis prospicere nitentur: cum autem Richardus nec ingenio, nec versutia, nec belli peritia aut rerum experientia Patrem suum æquaret, hosce factiosos nec in officio continere, nec diu tranquillo regimine potiri poterat: Sub primis jam auspiciis haud obscure cognoverat, quod Senatores sibi parum addictos, ac militiæ Duces minus obsequiosos haberet, quocirca Curiam superiorem, ne nobilitas contemni se crederet, restituit, illamque novis Senatoribus, quos sibi propensissimos noverat, auxit, totiusque militiæ regimen sibi soli vindicare molitus est. Id subodorati militiæ Præfecti conventum agebant, in quo non nisi classis, ad Sundicum fretum accedentis imperium Richardo relinquentes, supremam exercitus Præfecturam Carolo Fledwodo tribuerunt, postulantes, ut deinceps nullus miles exauctorari aut accusari posset, nisi coram Belli Senatu & juxta leges militares, supremumque Belliducem eligendi jus soli militiæ competeret. Reclamabat vehementer Senatus: militum vero Præfecti Richardum, nec

Sæc. XVII.
A. C. 1659.

*Salmon hist.
d' Angl. t. I.
pag. 298.*

Hist. Eccles. Tom. LXII.

LI citra

Sæc. XVII. citra vim, eo adigunt, ut Senatus
A. C. 1659. dissolveret: nec his contenti, Cro-
 welli insignia infringunt, Turloum Pa-
 lamenti Oratorem carceri mancipant,
 Richardi palatium, necnon Westmo-
 nasterii Curiam, ne Senatus conve-
 tum habere posset, milite cingunt.
 Enimvero Londinenses re competi-
 triginta armatorum millia ad compes-
 scendam horum petulantiam offerrebat.
 Richardus vero nimium timidus, in-
 bentem auctoritatem suam novo te-
 multu ac periculo redimere recusat.
 inde autem efferatioris effecti Bellin-
 ces, Lambertum ad Senatum admittunt
 & pristinae Architalassi officio restitu-
 petierunt. Hic ergo in Senatu per-
 rans, demonstratum ibat, omnes illi-
 gni tumultus ex abolito, quod delin-
 ctus Rex stabiliverat, Parlamento re-
 tum traxisse, nullum vero aliud super-
 esse remedium, nisi ut cuncta ab an-
 no, quo Cronwellus hujus Parlamenti
 auctoritatem suppresserat, tanquam
 nulla declararentur. Placuit cum
 hoc consilium: Revocantur igitur con-
 festim veteres hi Senatores, qui in pri-
 ma Sessione Richardum ejusque Pro-
 trem Henricum Hiberniæ Pro-Regem
 Protectoris dignitate, omnique aucto-
 ritate exuerunt, novoque Parlamenti
 exauctorato Palatium Witehaleni cum

aliis Regiis ædificiis in stipendia mi-
litum vendiderunt. Interim Regii & Sæc. XVII.
A. C. 1659.
Presbyteriani in Provincia Cisteriensi,
dum patriam fusdeque verti cernerent,
fœdere inter se inito, contractis que
tribus suorum millibus, pro Carolo
Stuarto Rege restituendo conjurarunt:
ast a Lamberto, quem Parlamentum
cum valido exercitu immiserat, victi
fugatique sunt. Parta hac victoria Lam-
bertus sibi suisque nec æs militare solvi,
nec navatam operam remunerari que-
stus, a Parlamento petiit, ne alius, quam
quem Senatus elegerat, Bellidux no-
minaretur. Verum Parlamentum hac
Viri audacia tantopere commovebatur,
ut eum suo amoveret officio, illudque
Georgio Monchio, qui Scotiæ rebus
præerat, demandaret, inde vero novæ
oriebantur turbæ, quas tamen Mon-
chius, qui ingenio & sagacitate Lam-
berto prævalens, suum exercitum ad
Angliæ fines eduxit, tempestive re-
pressit ac temporis progressu Regnum
magna fortitudinis laude, majorique
moderatione reparavit.

§. XXXVI.

Camilli Mellii Cardinalis obitus.

Luxerat hoc anno Purpuratorum Col-
legium quatuor Cardinales defun-
ctos, Ciacon. in
vita Ale-
xand. VII.

Sæc. XVII. Etos, quos inter primus erat Camillus
A. C. 1659. Melius patria Mediolanensis, qui in
 celebrioribus Italiæ Academiis sacra-
 tiores literas didicit, imprimis vero
 Jurisprudentiæ, Politicæ & Ethicæ,
 quibus posterioribus veri fontes & de-
 monstraciones Juris deducuntur, seculum
 lam navavit operam. Postea Doctus
 laurea decoratus, Romam se con-
 tulit, ubi cognita hujus Viri doctrinæ
 pietate, & utriusque juris scientia,
 Urbano VIII. Judex Capitolinus, ad-
 ditoris Cameræ Vicarius, ac demum
 Archiepiscopus Capuanus renunciavit
 tur. Seligebatur ab eodem Pontifice
 ut ad Magnum Etruriæ Ducem, non
 ad Ferdinandum III. Nuntius Apo-
 stolicus decerneretur, qua etiam legatione
 per novem annos cum summa fide-
 litatē, prudentiæ ac integritatis laus
 functus, tandem per omnes honores
 ac virtutum gradus ab Alexandro VII.
 ad Purpuram evehebatur, quam
 men biennio nequidem expleto ex-
 eo tempore, quo eum vivere maxime
 Reipublicæ interesset, Romæ extinctis
 die vigesima prima Februarii anno
 tatis suæ sexagesimo nono. Diocesis
 suam non modo Archiepiscopali Pater-
 nitio auxit, sed præcipue Clerum sum-
 sanctissimis legibus ad pristinum decorem
 rem reduxit.

§. XXXVII

§. XXXVII.

Sæc. XVII.
A. C. 1659.*Joannis Hieronymi Lomellini Cardinalis decessus.*

Alter erat Joannes Hieronymus Lomellinus patria Genuensis, qui Romæ jactis studiorum fundamentis, Perusii ad Jurisprudentiæ studium animum adjecit, sui que profectus ac eruditionis specimen edidit, elucubratis ex utroque jure problematibus. Erat Vir ingenio, pietate, justitia, animi candore, ac morum suavitate eximius, in omnibus negotiis usu peritus, in exequendo promptus, atque in justitiæ cultu impavidus. Harum virtutum merita Urbanum VIII. impulere, ut Joannem sacræ militiæ adscriptum nominaret Ferrariensem & Bononiensem Pro-Legatum, Urbis Prætorem, Cameræ Clericum, & Pontificii exercitus Commissarium Generalem. Defuncto hoc Pontifice ab Innocentio X. Thesaurarius, ac demum Cardinalis Presbyter renunciatus, Bononiæ Christinam Sueciæ Reginam excepit, qui tamen quarto post anno die quinta Aprilis nonnisi annos natus quinquaginta duos Romæ e legatione sua reversus decessit.

Sæc. XVII.
A. C. 1659.

§. XXXVIII.

*Aloysius Capponius Cardinalis
mortuus.*

Biduo post ibidem obiit Aloysius Capponius Nobilis Florentinus, puer adhuc tam mira ingenii præstantia floruit, ut quæcunque ab ejus Preceptoribus traderentur, celeriter acciperet, & fideliter meminisset. Recabat Romæ jurisprudentiæ studio doctoris lauream promeritus: Eminens præterea in eo rara indoles, virtutum amor, rerum gerendarum dextera ac solertia, quas ob dotes, & præcipue ob morum probitatem, & constantissimam prudentiam a Principibus summisque Pontificibus certatim amabatur, atque in multorum oculis complexu tenebatur: Unde a Leone XII. Apostolicæ Cameræ thesaurarius, a Paulo V. Cardinalis, & Bononiensis Legatus, a Gregorio XV. Ravennatis Archiepiscopus, & ab Innocentio X. Bibliothecarius renuntiabatur. Tandem vero meritis & annis plenus tam cum Purpura exiit.

§. XXXIX.

*Prosperi Caffarelli Cardinalis
extrema.*

Postur

Postremus ex Cardinalibus hoc anno Sæc. XVII.
 defunctis erat Prosper Caffarellus A.C. 1659.
 patria Romanus, Vir sincerus & inte-
 ger, atque ab Aulicorum simulatio- Ciacon. in
 vita Innoc. X.
 nibus longe alienissimus. Rexerat Pon-
 tificum jussu præcipuas ditionis Eccle-
 siasticæ urbes, necnon Picenam Pro-
 vinciam. Præfuit etiam Cardinalis ab
 Innocentio X. creatus, variis Congre-
 gationibus, ubi fidem & industriam
 suam in dandis & regendis consiliis,
 & constituendis, gubernandisque ju-
 diciis de Ecclesiæ salute probatam red-
 didit. Tandem vero Romæ die deci-
 ma quarta Augusti apoplexia tactus
 vitæ finem fecit, sepultus in Templo
 S. Mariæ super Minervam.

XL.

*Duo Cardinales a Papa Alexan-
dro VII. creati.*

Horum jacturam compensabat Ale-
 xander VII. Pontifex, dum die
 decima Novembris duos Cardinales e-
 vulgaverat: Horum primus erat Anto-
 nius Bichius Patritius Senensis, qui
 Cardinalis Presbyter titulum S. Augu-
 stini obtinuit. Alter erat Sfortia Pal-
 lavicinus Jesuita, Cardinalis Presbyter
 titulo S. Susannæ.

Sæc. XVII.
A. C. 1659.

§. XLI.

*Ludovica Friderici Palatini Filia
fidem Catholicam reversa.*

*Tuld. l. c.
L. I. p. 135.*

Ingens hoc anno gaudium Catholicis accreverat ex conversione Ludovicæ Hollandinæ Principis. Hæc Patris habuit Fridericum Comitem Palatinum atque Electorem, qui post devictos rebelles Bohemos ad Belgas foederatos profugere compulsus, hanc Filiam suam suscepit; unde passim Ludovica Hollandina dicebatur, ab Elisabetha Jacobi I. Angliæ Regis Filia in Calvinianis erroribus enutrita; cum autem hujus sectæ falsitatem haud obscure cognoverat, Ruperti & Eduardi fratrum suorum, qui jam dudum ejurato Calvinismo fidem Catholicam amplexi fuerant, exemplis incitata, clam a sua matre anno priori secessit, atque in turæ collocata datis paulopost literis eidem significari jussit, quod Catholicam religionem palam professâ sit. Postmodum die duodecima Maji hoc anno in Regione Parthenone Maubasiano, septem ferme leucis Lutetia distito perpetuum Christo Sponso virginitatem vovit, inde demque inter Sacratas Deo Virgines residuum vitæ suæ tempus pie transegit.

§. XLII.

Sæc. XVII.
A. C. 1659.

§. XLII.

Synodi Monasteriensis Decreta.

Cum Christophorus Bernardus de *Hartsh. t. 9.*
Gallen Monasteriensis Episcopus *Conc. Germ.*
expertum haberet, quod ex Clero non-
nulli in prioribus Synodis salubriter de-
creta minus religiose fervarent, hinc
rursus die vigesima septima Martii Sy-
nodum Diæcesanam celebravit, in qua
Archidiaconis injunxit, ut fideliter re-
ferant, an diebus Dominicis lectio Ca-
techetica habeatur, & utrum quædam
matrimonia in gradibus prohibitis con-
tracta sint, & an contrahentes prius de
rebus fidei solerter instruantur. Sta-
tuit etiam, ut rudes & literarum ignari
ad usum Rosarii B. V. non modo in Ec-
clesia sub Divinis, ad quæ ex præce-
pto tenentur, sed etiam in suis ædibus,
quando rei Sacræ interesse non possunt,
incitentur, imo & cogantur.

§. XLIII.

*Diæcesanæ Synodi Namurcensis
Statuta.*

Eodem anno die quarta Maji Joannes *Conc. Germ.*
a Wachtendonck Namurcensis Epi- *l. c. p. 844.*
scopus suam quoque habuit Synodum
Diæcesanam, in qua præter alia suasit
L15 Epi-

Sæc. XVII. Episcopus, ut Baptizatus adultus
 A. C. 1659. die anniversaria sui Baptismi peccata
 sua confiteretur, Sacramque recipere
 Synaxin Statutum quoque, ut fe-
 minæ nimis nudæ, aut indecenti
 habitu indutæ, vel juvenes, ut fœmæ
 compti non admittantur ad contem-
 plationem magis probabilem & securam
 nec se fundent facile in unius Doctri-
 nis Neoterici sententia: suos quoque
 poenitentes prævia dispositione per
 supernaturales fidei, spei & charitatis
 inducant ad cordialem dolorem
 tam ex timore poenarum, quam ex
 reuerentia Dei: Prohibitum insuper
 nullus sine licentia Ordinarii scripta
 exorciset, nec aliis quam ab Ordinario
 approbatis utatur exorcismis: detur
 etiam Synodus vanitatem illorum
 qui certo numero & forma verborum
 aut precum certas animas e purgato-
 rio semper liberari asserunt. Præcep-
 tum insuper Synodus Sacellanis,
 tempus ita distribuunt, quatenus
 horam mediam pro meditatione
 pendant, dein recitatio Divini Officii
 lectio Sacra, opus manuum, psal-
 terium, a meridie autem recitatio
 orationum, deambulatio, lectio,
 opus manuum, cæna & examen conscientie
 sequatur. Denique Synodus interdicit

Vid. supra
 §. III.
 pag. 348.

Confessariis usum quarumdam opinio-
num nimis laxarum, quarum potissimæ
jam a Gandavensi Episcopo & Lo-
vaniensi Universitate fuerunt proscri-
ptæ.

Sæc. XVII.
A. C. 1659.

§. XLIV.

*Quorundam Scriptorum Catholico-
rum decessus & opera.*

Inter Scriptores Catholicos, qui ob
lucubrationum suarum præstantiam
sui desiderium reliquere, celeberrimi
sunt. I. Joannes Morinus Oratorii Sa-
cerdos, qui ex Calvinianis Parentibus
natus a Perronio Cardinale ad veram
fidem revocatus est. Edidit commen-
tarium Historicum de disciplina in ad-
ministratione Pœnitentiæ: In hoc opere
Morinus integros viginti septem annos
insumpsit, ingentique solertia & eru-
ditione in veterem Ecclesiæ praxin tam
apud Latinos quam Græcos tredecim
primis sæculis usitatam inquisivit: car-
pebatur tamen a suis Censoribus, per-
inde ac si confessionem auricularem e-
vertere molitus esset, quocirca inte-
grum tractatum *de expiatione Catechu-
menorum* delere jussus est, qui tamen
postea typis prodiit. Scripsit etiam
commentarium de Sacris Ecclesiæ or-
dinationibus secundum Antiquos & Re-
centio-

*Dupin nouv.
Bibl. des
Aut. Eccl.
t. 17. p. 227.
Niceron t. 9.*

Sæc. XVII. centiores, exercitationes Ecclesiasticæ
 A. C. 1659. de Patriarcharum & Primatum origi-
 gine & antiqua censurarum in Clericali
 praxi, Biblia septuaginta interpre-
 tum Græco - Latina & Pentateuchum
 Samaritanum, necnon exercitationes
 Biblicas de Hebræi Græcique textus
 sinceritate, ubi textum Hebraicum
 pote a Judæis depravatum textum
 LXX. Interpretum postponendum
 tradit, propterea tamen a Simone de
 Muis, Hottingero & aliis reprehendi-
 tur. Elucubravit etiam Historiam
 Christiana Ecclesia a Constantino Im-
 peratore liberata, & de excellentia
 temporali potentia per Franciæ Regem
 Ecclesiæ Romanæ data; hæc tamen
 lucubratio Romanis haud probata,
 eoquod Author Pontificiæ auctoritati
 minus tribueret. Denique Morinus
 didit Diatriben Elencticam de sinceritate
 Hebræi Græcique textus præter
 alias exercitationes Biblicas & opus-
 scula Hebræo - Samaritica. Posthumi
 autem hujus Scriptoris opera sunt tra-
 ctatus de Sacramento confirmationis
 de contritione & attritione, præter
 alius epistolas, quas Simon de Muis
 hoc titulo: *Antiquitates Ecclesiæ Ori-
 entalis* edidit. Decessit Morinus Parisiis
 ex Apoplexia die vigesima octava Fe-
 bruarii annos natus sexaginta octo.
 II. De

II. Desiderius Heraldus, qui Claudium Sæc. XVII.
Salmasium impugnavit, scripsitque Ad- A. C. 1659.
versaria & tractatum de Regis pote-
state, necnon alium de rerum judica-
tarum auctoritate. III. Carolus Fa-
brotus, qui Theophili institutiones,
necnon Anastasii Bibliothecarii vitas
Pontificum notis illustravit, & præter
varias dissertationes suam Basilicam
septem voluminibus edidit. IV. Pau-
lus Zacchias edidit quæstiones medico-
legales, quatuor libros de S. Scripturæ
miraculis, de subitis & insperatis mor-
tis eventibus, præter plurima alia.
Obiit Romæ anno ætatis suæ septua-
gesimo quinto. V. Thomas Hurtadus
Ord. FF. Minorum Conventualium, qui
præter Philosophica publici juris fecit
suum Præcursorem D. Thomæ affeclam,
tractatum de distinctione donorum su-
pernaturalium, antitodum duplex, re-
solutiones morales, & resolutiones de
unico Martyrio. VI. Laurentius Fo-
rerus Jesuita Lucernensis, qui edidit
Symbolum Catholicum, Lutheranum,
Calvinicum cum Apostolico collatum,
ejusque vindicias, Lutherum Thaumatur-
gum, septem characteres reforma-
toris Germaniæ, Bellum ubiquisticum,
Araneam Tubingensem, compositionem
pacis Augustanæ, & alia quam-
plurima contra A catholicos evulgata.
VII.

Sæc. XVII. VII. Emanuel Diaz ex eadem Societate prælo subjecit opus supra Evangelia totius anni, & volumen de modo catechisandi gentiles. VIII, Gregorius Ferrarius itidem Socius, qui commentaria in Apocalypsin, & in eam cum scripsit præter notas in Thomam Kempensem, vitam spiritualem & theologicam aliaque opuscula Ascetica.

§. XLV.

Scriptores A catholicis hoc anno defuncti, eorumque opera.

*Fecht. vita
Dorsch.
Freher. erud.
part. 1.
sect. 3.
Witte Bi.*

Non desunt etiam ex A catholicis Scriptores plures, qui vitæ suæ memoriam editis lucubrationibus perennarunt: horum præcipuus erat Joannes Georgius Dorschæus, qui commentarium in Isaiam, in quatuor Evangelistas, in epistolas SS. Joannis & Jacobi Biblia numerata, documenta providentiae Divinæ circa Augustanam Confessionem, Thomam Aquinatem veritatis assertorem, miscellanea Historico-Theologica, Missaria Missæ, vindicias in Beelarminum, Anti - Cornæum, Theologiam Zacharianam, dissertationes tractatum de voto continentiae & quam plurima alia posteris reliquit. II. Stephanus Curcellæus edidit institutiones Religionis Christianæ, dissertationes

Theop

Theologicas, diatriben de usu sanguinis inter Christianos, & de Joanna Papissa, tractatum de Ecclesia, & alia opuscula in favorem Arminianæ sectæ. Sæc. XVII.
A. C. 1659.

III. Thomas Mortonus publici juris fecit tractatum de auctoritate Principum Christianorum, & de notis Ecclesiæ, Apologiam Catholicam, decisionem controversiæ in Eucharistia, Antidodum contra merita, pluraque alia.

IV. Theodorus Hackspan, qui primus Rabbi Lipmanni librum *Nizzachon*, quem cuidam Judæo suffuratus est, typis edi curavit, scripsit etiam quadrigam disputationum de locutionibus Sacris, miscellanea Sacra, notas in loca S. Scripturæ, fidem & leges Mahometis, assertionem Passionis Dominicæ, Theologiæ Talmudicæ specimen, Sylloge disputationum Theologicarum, & nonnulla alia.

V. Franciscus Rous vulgavit nuptias Mysticas, mella Patrum, interiora Regni Dei, artem felicitatis, Academiam cælestem præter alia.

VI. Petrus Philippi ad prælum promovit disputationes de Ecclesia, de anima rationali, de statu & officii Clericorum, dispensatorem Mysteriorum, Vindicem Cleri-Apostolici & disertationem de Sacerdotis Majestate.

VI. Michael Jermin edidit Paraphrasin in Proverbia Salomonis, commentaria in

Sæc. XVII. in Ecclesiasten, instructionem Patris
A. C. 1659. ad Filium, & alia quædam exegetica

VII. Joannes Crocius scripsit commentaria in Prophetas minores, & Epistolas D. Pauli, necnon de Purgatorio de Cælibatu Clericorum, Dissertationes de animæ rationalis ortu, de Authore peccati, & de justificatione Peccatoris, pluraque alia. VIII. Melchior Nicolai ad posteros transmisit resolutionem ad demonstrationem Kedronam, varia opuscula contra P. Faurium, Aphorismos Theologicos præter alia.

§. XLVI.

*Quædam Alexandri VII. Pontificis
Constitutiones.*

Præterquam quod Alexander VII. de Paula non modo Romæ sed & Lauri Collegia Apostolica pro Pœnitentiæ erexerit, legesque pro ejusmodi Collegiorum regimine præscripserit, insuper die vigesima quarta Martii statuit, quod Provinciales FF. Minorum S. Francisci de Paula completo officio per sex annos sequentes ab eodem munere vacare debeant. Concessit etiam die decima Junii Fratribus Ord. S. Francisci indulgentias plenarias, si per octiduum exercitiis Sacris vacaverint. Prohibuit in super

insuper die decima sexta ejusdem Mensis, ne FF. Discalceati Ord. S. Augustini plures quam tres ex qualibet Provincia ad Capitulum Generale mittant. Exemit denique die quinta Novembris Fratres Ord. S. Joannis de Deo a jurisdictione Ordinariorum.

Sæc. XVII.
A. C. 1659.

§. XLVII.

Diversæ Sacrarum Congregationum decisiones.

Motis subinde variis dubiis Sacrarum Congregationes hoc anno plures etiam ediderunt Constitutiones, & quidem primo, cum Authores quidam in suis libris asseruerint, quod Sacerdoti pro alio Missam, recepta eleemosyna, celebranti liceat aliam eleemosynam quoque accipere ab altero, cui partem illam fructus ejusdem sacrificii ipsimet Celebranti debitam applicet, hinc S. Congregatio Concilii, hac assertione damnata, die vigesima quinta Januarii decidit, nulli Sacerdoti licitum esse hoc prætextu aliam eleemosynam accipere præter illam, quam accepit ab eo, pro quo Missam offerre tenetur. Declaravit quoque S. Rituum Congregatio die vigesima sexta Maji, non esse permittendum usum, quo Regularium Laici crucem vel candelabra in processione.

Const. &
decis. S.
Congr. Conc.
Rit. &c.

Hist. Eccles. Tom. LXII. M m cessio-

Sæc. XVII. A. C. 1659. cessionibus deferentes, utuntur Altari seu Dalmatica vel Pluviali, itemque non licere in Ecclesiis, in quibus non asservatur SS. Eucharistia, celebrationem Missæ in feria quinta Coenæ Domini, nec asservationem SS. Sacramenti in sepulcro. Decidit in super Episcoporum Congregatio die quinta Septembris, quod Pœnitentia pro violato Sacerdotum quoad Regulares consistat in jejuniis ter in hebdomada cum solo pane & aqua humi in publico Refectorio commendata, in cuius postmodum janua manus ab exeuntibus Fratribus conseruetur. Die etiam vigesima Septembris declaravit S. Rituum Congregatio; quod Prælati Episcopis superiores, qui Pontificalium usu fruantur super Altari, in quo celebrant, non septimum candelabrum, nec Candelabrum fixam & permanentem, nec Candelachinum, aut Abacum, sed domum parvam Mensam in cornu epistolæ habere possint, nec se a suis Canonibus vel Monachis associari permittant. Eadem quoque Congregatio decidit, quod Beatorum imagines vel picturæ in Ecclesiis vel Oratoriis, inconsulta Sede Apostolica, non exponantur, nec eorum dies festi celebrentur, nec eorum nomina in Calendariis vel precibus exponantur, nec eorum Reliquiæ in publico

cessionibus circumferantur: si autem Sæc. XVII.
 ejusmodi indultum a Sede Apostolica A. C. 1660.
 fuit impetratum, tunc ejusmodi ima-
 gines in pariete tantum, non super Al-
 tari collocandi, nec etiam in ejusmodi
 Ara Missas vel officium de tali Beato
 celebrandi, aut cultum pro uno loco
 concessum ad alium extendendi, nec
 publicum officium recitandi, vel Mis-
 sam promiscue ab omnibus sed duntaxat
 ab iis, quibus id indultum est, cele-
 brandi facultas concessa præsumatur.

§. XLVIII.

*Controversia inter Clerum Cadomen-
sem & Eremitas.*

Sexdecim abhinc annis Rentius in Ca- Mem. sur la
 domensi urbe sub titulo Sanctissimi conduite de
 Sacramenti Societatem erexit Viro- la Comp. de
 rum pietati addictorum, quorum præ- l'hermit.
 cipua cura esset, pauperum necessita- Sent. de
 tes omni ope & studio sublevare: In- l'offic. de
 colebant primo Eremitorium Monaste- Bay. contre
 rio Ursularum Virginum vicinum, un- les Urs.
 de vulgo *Eremi Societas* dicebatur: Hi Nouv. Re-
 vero sub specioso vitam, mores, ac concil. des aff.
 ceterorum omnium doctrinam reform- du Clergé
 andi obtentu sese sensim ingerebant
 Virginum, præcipue Ursularum, imo
 & Monialium regimini, & Superiorum
 electionibus. Insectabantur acrius Do-
 mini

Sæc. XVII. minicanos, necnon Patres Oratori
 A. C. 1660. quos tanquam Jansenistas traducebant
 eorumque sermones, Ecclesiasque frequenter,
 & Missæ sacrificiis interesse abhorrebant,
 simulque Ecclesiasticos sibi addictos stimu-
 labant, ut in publicis Concionibus Viros probitate,
 ac fidei integritate conspicuos de Janseniana here-
 resi insimularent, totamque Cadomen-
 sem urbem velut hac peste infectam
 depingerent, etsi omnes Parochi, om-
 nesque Universitatis Facultates Pontifi-
 cum Bullas, & juramenti Formulam a
 Clero Gallicano præscriptam unanimi
 consensu nulloque reclamante accep-
 rint. Fama autem de hisce seditionis
 declamationibus ad Bajocensem Episcopum
 delata, hic anno hujus sæculi quinquagesimo
 sexto datis literis Petro rocho ad S. Julianum
 negotium delata, ut turbulentos hosce
 Concionatores hortaretur, ne deinceps
 Diæcesis plebem factiosis ejusmodi ser-
 monibus turbarent. Verum insuper habito
 mandato quinque juvenes in præfata
 Eremo educati per urbem cursitantes
 populo turmatim confluenti denuntian-
 tes, quod Cadomenses Parochi Jansenis-
 tæ faverent, Urbsque hujus sæculi
 Viris abundaret; ne ergo quid turbulentum
 in plebe conflaretur, Magistratus hosce
 juvenes comprehendi iussit, quo jure
 autem

autem in Clerum tot convitia effuderint, interrogati responderunt, Parochos coram Nicolao le Conte Baiocensi Officiali testatos esse, quod nullus Jansenista in urbe esset: Enimvero die trigesima Augusti anno priori Regii Senatus Decretum ad urbem transmissum fuerat, in quo expositum legebatur, quod post Pontificiam Constitutionem plures in urbe fuissent reperti, qui doctrinam Bullæ contrariam propugnantes, in hujus Constitutionis fautores tanta animi acerbitate inveherent, ut merito urbis tranquillitas turbari timeretur: accepto hoc Decreto Clerici Cadomenses, se præcipue perstringi existimantes, coram Officiali declarabant, non quidem, nullum Jansenistam in urbe reperiri, prout Eremitæ falso spargebant, sed post promulgatas Pontificis Bullas nullum fuisse auditum, qui Apostolicis decisionibus quidquam adversum docuisset, prædicasset, aut locutus fuisset. Deprehensa igitur criminatæ falsitate petulantes hi juvenes a civitate & suburbiis exulare jussi sunt. Nec tamen horum supplicio territi Eremitæ Ursulinas Moniales instigarunt, ut cunctos Sacerdotes, quos doctrinæ Jansenianæ propensos suspicarentur, a suo Sacello excluderent. Hæ ergo adulterino Zelo deceptæ Conventum habuere, in quo decreverunt, publice

Sæc. XVII.
A. C. 1660.

*Relat. des
exirav. des
Eremit.*

Sæc. XVII. tabellam esse affigendam, in qua scriberetur, *Sacerdotibus de Jansenismo spectis Sacrum Altaris apparatus esse negandum, nec ullum commercium cum hisce hæreticis habendum*: Accidit autem eodem ferme tempore, quod Carolus de Four Rothomagensis Archiepiscopus Vicarius Generalis ad Sacellum dierum Virginum accederet, ibidem Divinam peracturus: cum autem jamjam indutus vestibus ad Aram accederet, Moniales cereos, hostiam vini ampullas ab Altari removeri viderunt: unde Carolus ad Sacristiam reverti coactus, apud Sanctiorem Regium Senatam de hoc contemptu graviter quererebatur, quocirca ex Regis mandato die vigesima quinta Septembris hisce Monialibus injunctum, ut cum Baiocensi Officiali die decima Octobris injuriam præfato Vicario generali illatam deprecarentur. Incassum hæc Moniales ad Regis Curiam provocabant, in suo libello supplicis officinarium acerbis convitiis onerantes quocirca Officialis integro trimetro deliberandum concessit, præmissis iteratis monitis, anathematis & interdicti pœnam comminabatur, nisi Religio parerent decreto, vi cujus tabellam tollere, injuriam Vicario irrogatam humiliter deprecatione reparare, convitiis

in libello supplici in eum sparsa delere, Sæc. XVII.
 nec deinceps quempiam, inconsulto A. C. 1660.
 Episcopo, a Missæ sacrificio repellere
 jubebantur. Verum cum hæ Monia-
 les huic mandato post quindecim die-
 rum spatium eis indultum obtemperare
 recusarent, atque adventanti Officiali
 Conventus sui portam occluderent,
 hinc die trigesima Octobris earum Ec-
 clesia Divinis interdicta est, addita
 comminatione, ipsas etiam moniales
 excommunicatione, aliisque pœnis Ca-
 nonicis, si contumaces persisterint, esse
 coercendas: Eremitæ autem Magistra-
 tus edicto ex Cadomensi urbe exulare
 jubebantur; horum vero quidam non
 modo moralem novorum Casistarum
 doctrinam nonnisi Jansenistarum arti-
 bus fuisse damnatam in vulgus sparsere,
 sed etiam Argentani & Sagii, quo pro-
 fugerant, fanatico profus æstro per-
 citi imaginem Beatissimæ Virginis con-
 terentis caput serpentis, cui inscriptum
 erat: *Jansenismus*, ad fores Ecclesiæ Ca-
 thedralis erexerunt, ac coram hac ima-
 gine litanias decantarunt, additis hisce
 verbis: *Flagellum Jansenistarum, ora pro*
nobis: Extirpatrix Jansenistarum, ora
pro nobis. Comperto hoc Enthusias-
 mo Magistratus, Regiusque Procura-
 tor hosce fanaticos comprehendi, eos-
 que ob seditiosos sermones, calumnias

Sæc. XVII. in Parochos sparsas, & sacrilegos ejus
A. C. 1660. modi aufus pecuniaria multa casti-
 gari, & interdictis eorum cætibus reo-
 urbe exulare jufferunt. Adeo horrenda
 superstitionis furorisque monstra pro-
 germinat fanaticus Religionis Zelus.

§. XLIX.

*Sententia contra Franciscum
 phum Borri Romæ pronuntiata.*

*Process. In-
 quis. ex
 archiv.
 Bayle Dict.
 Hist.*

Magis adhuc abominabili Religio-
 pietatisque abusu Franciscus
 sephus Borri Brandæ Filius patria
 diolanensis hoc anno rudioribus illu-
 Hic enim sacrilegis commentis, vari-
 superstitionibus, confictis appariti-
 bus, & virtutum simulacro dolum
 probos etiam Viros in fraudem in-
 cebat: tandem vero detecta ejus
 quitia a Romanis Inquisitoribus, ut de-
 matum suorum rationem redderet, in
 mam venire jubebatur, qui tamen
 sæ suæ diffusus, ac scelerum suorum
 conscientia territus Argentinam, ubi
 librum impietatibus plenum edidit,
 de vero Amstellodamum, Hamburgam
 & Hafniam profugit: nihilominus
 scussis ejus erroribus Romæ absens
 blico in foro ipsius effigies die secundæ
 Januarii hoc anno combusta est, jam
 antea autem Mense Decembri in eam

pronuntiata est capitalis sententia, quam, Sæc. XVII.
 prout in Archivio Romanæ Inquisitionis asservatur, de verbo adducimus, A. C. 1660.
 ut inde totius causæ series, hujusque scelerati Impostoris errores patefiant. Erat autem sententia hujus tenoris.

Nos Franciscus Barberinus, Episcopus *Portuensis*; Bernardinus Spada Episcopus *Prænestinus*; Martius Ginetus Episcopus *Albanus*; Hieronymus Columna titulo sancti *Laurentii in Lucina*; Frater Vincentius Maculanus titulo sancti *Clementis*; Camillus Astalensis titulo sancti *Petri in Montorio*; Jacobus Corradus titulo sanctæ *Maricæ Transpontinæ*; Franciscus Albitius titulo sanctæ *Maricæ in via*; Flavius Chisius titulo sanctæ *Maricæ de Populo*; Julius Rospigliosi titulo sancti *Xysti*; & Sfortia Pallavicinus titulo sancti *Salvatoris in Lauro*; Presbyteri: & Rinaldus ab Este diaconus sancti *Nicolai in carcere*; per misericordiam Dei, sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & in omni republica *Christiana*, contra hæreticam pravitatem, Inquisitores generales, universis Christi fidelibus hæc lecturis legive auditoris in domino salutem. Franciscus Josephus Borri *Mediolanensis*, post vitam dissolute actam aliquamdiu in urbe Romana, Deumque graviter offensum, captus anno 1654. confugit

Mm 5

fugit

Sæc. XVII. fugit in Ecclesiam; quando mutata lo
 A. C. 1660. sciviam in impiam hypocrisim, & tales
 tis a Dei bonitate acceptis Deum le
 cessens, qui cum frustra exhortatus
 ad agnitionem suæ infelicitatis & ad
 correctionem vitæ, finxit; delibere
 tum sibi esse, sequi ejusmodi nutum
 divinum, quamobrem vitam aggressus
 est, specietenus piam; qua palliare
 deinde molitiones sceleratissimas, quæ
 eo usque fovebat animo; neque re
 quebat ei spem, eas publicandi sine
 more, insignis pene vigilantia sacra
 Congregationis sancti Officii: cum igitur
 incepisset actiones exercere in speciem
 pias; abstinendo a conversatione
 publica licentiosorum adolescentum, in
 quentare templa, & discursibus
 uti, jactabat se consolationem invenisse
 in vita nova spirituali, cui se seculum
 applicaverat: qua agendi simulatione
 facile ei decipere amicos, sed difficil
 lius fuit celare intra pectus secretum
 animi sensus, quibus machinabatur per
 turbare Dei Ecclesiam, sequere amb
 tionem diabolica constituere caput sectarum
 novarum hæresum disseminatorem, in
 enim spatio duorum mensium illud no
 væ vitæ genus tenuerat, cum intro
 ductis cum quopiam secretissimis con
 loquiis, de rebus sacris, asseruit: ap
 propinquare tempus, quo fieret unum
 ovile

ovile solum in mundo; & ut facilius in Sæc. XVII.
 errorem induceret credulos; adjunxit A. C. 1660.
 ejus ovilis Caput fore pontificem *Romanum*: per cujus proinde copias mili-
 tares omnes forent occidendi, quicun-
 que resisterent conversioni, ad quam
 vocarentur: se vero divino decreto fore
 duces, seu, ut *ajebat*, *capitaneum* gé-
 neralem harum copiarum, neque id
 officii sibi fore difficile, quod esset cer-
 tus, brevi suis laboribus *chymicis* repe-
 riendum *lapidem philosophorum*, cujus
 adminiculo aurum sibi abunde suppete-
 ret eum in finem; neque minus diffi-
 culter adepturum se victoriam per co-
 pias præfatas; eoquod certissime sciret,
 sibi in hoc negotio favorem & auxilium
 adfore *Angelicum*, & præsertim divi
Michaelis archangeli, atque ut his fa-
 bulis certiorerem faceret fidem, augebat
 hypocrisim; cum diceret se tali in fun-
 ctione teneri desiderio etiam sanguinem
 effandendi pro Christo Domino; simu-
 laretque revelationes & ederet prophe-
 tias; quæ figmenta, ut veri similia
 redderet, & revera persuaderet, se il-
 lustratum supernaturali luce, commen-
 tus est, jam inde ab initio vitæ suæ
 spiritualis dormienti in suo cubili, ap-
 paruisse *palman* circumdatam multo lu-
 mine, unaque auditam esse vocem an-
 gelicam: quæ ei promittebat inpos-
 tum

Sæc. XVII. rum spiritum *propheticum*, in cuius
 A. C. 1660. mirum indicium missa foret divinitus
 illa *palma lucida*. Dum hisce somnis
 splendoris, conatus fidem sibi conciliare, interitum machinaretur rudium
 animarum, simul barbara crudelitate
 cædem corporum moliebatur, nam
 horis, quas non opportunas judicabat
 actionibus suæ simulationis, laborantibus
 in conficiendis potentissimis
 quæ post ejusdem abitum ex
 unacum aliis ejus scriptis in manus
 nerunt curiæ sæcularis. Jamque
 tis mensibus *Roma* suis artificiis oblitus
 raverat famam antiquam male
 actæ vitæ, & novis revelationibus
 offerens certo cuidam, cujus
 exprimitur in processu, narravit
 velata sibi esse ab ipsis angelis
 propria; quibus nuncupantur ob
 stodia sua quædam, & nominatim
 stodiæ causa *instrumentum passionis Christi*
 quem, docebat, post resurrectionem
 suam ipsummet stitisse se in *inferno*
 illic ad ejus adorationem adactos
dæmones. Quæ figmenta revelationis
 ut altius imprimeret aliorum animis
 addebat, suo sibi in corde residere
 ctum Michaelem; & revelari sibi ab
 gelis perpetuo secreta cælestia: unde
 tempore, quo vacabat sedes *apostolica*
 per mortem sanctæ memoriæ *Innocentii*

decimi, comminifcebatur fe difcere ab Sæc. XVII.
Angelis omne id, quod in *conclavi* ge- A. C. 1660.
 reretur *Electorum* pontificis futuri. Ve-
 rum hoc electo intellexit dæmon, *Ro-*
manam non effe agrum congruum, in quo
 fpargeret fementem fuorum errorum;
 neque poffe per vigilantiam rectoris
 occultos manere congreffus, quibus ex
 fuffeptione principis tenebrarum fe vi-
 debat indigere diutius, ad plures affe-
 clas colligendos; prout neceffarium effe
 iudicabat, priusquam impia fua dog-
 mata publicaret orbi. Quocirca decre-
 vit redire *Mediolanum* in fuam patriam;
 ubi, poftquam fua illa hypocrifi, cui
 iam affueverat, apud hominem quem-
 dam pium, fed rudem, in æftimatio-
 nem veniffet; contigit eum denuntiari
 apud S. Officium *inquisitionis Mediola-*
nenfis & Patavinae: quod nimirum qui-
 busdam cum fociis artificiofe ufurparet
nocturnos & arcanos conventus; eisdem
 cum voce tum calamo doceret contra-
 ria fanctæ Catholicæ *Apostolicæ* fidei;
 fimul illis impofito filentio arctiffimo ad
 id ufque temporis, quod ipfe affignaf-
 fet promulgationi dogmatum. Proin-
 deque cum res tam gravis neque debe-
 ret neque poffet vel ad momentum tem-
 poris negligi: ne, fi latius venenum
 ferperet, quod fpargebatur cum ru-
 dium hominum contagione deploranda,
 evade-

Sæc. XVII. evaderet difficilior vel eorum præ-
A. C. 1660. vatio, qui illud nondum hausissent, vel
 medicina eorum, qui forent illo infirmi.
 Idcirco omnis illa diligentia adhibenda
 est, quam in istiusmodi rebus postulat
 prudentia, præscribuntque leges; quod
 factum, ut supra nominatus Franciscus
 Josephus Borri legitimis iudiciis fuerat
 prægravatus, quod exercitio fidei
 militatis & simulatione ardentissimi
 divinæ gloriæ, simul & *Elemosinæ*
 erga pauperes, quibus tum veste, tum
 pecunia subvenit, quosdam attraxerat
 nominatos in processu, ad secretam
 congregationem, in qua primis quibusdam
 diebus simplicem instituerit pietatem,
 at deinceps per simulatam sanctitatem
 & artificiosam hypocrisin sibi, suæque
 doctrinæ pessimæ auctoritate conciliis
 conatus sit seducere suos infelices alle-
 clas, quos dum admitteret in suam
 congregationem, persuadebat, vocari
 Deo, & destinari ad res magnas: quæ
 quæ ut secretiores servaret eos errores,
 quos erat sparsurus in his abominabili-
 bus conventibus, majoremque adde-
 sodalibus suis animum ad illos com-
 plectendos, adigebat complures eorum
 ad edenda *quinque vota*, quorum forma
 lam certam sibi jactabat esse dictatam
 ab Angelo custode, quorum *primum*
 votum erat *unionis fraternæ*. II. *Instituta*
labii

labilis secreti in verbis divinitus cogni-
 tis. III. *Obedientiæ* Christo & Angelis
 præstandæ. IV. *Paupertatis*, ad quam
 testandam, tradidit alteri a se omnem
 suam pecuniam. V. *Ardentissimi zeli*
 ad propagandum regnum *Altissimi*. Qui-
 bus interdum adjungebat *sextum* votum,
 fundendi ex eo Zelo proprium *sanguinem*:
 & hæc vota edicebat fieri coram san-
 ctissima Trinitate, testibus, sacratissima
 humanitate Christi, sanctissima virgine,
 sancto *Michaele*, sanctis *Joanne Baptista*,
Paulo, *Jacobo*, *Ludovico* & *Alexandro*,
 ante omnia autem inculcabat observa-
 tionem perpetui secreti earum rerum
 omnium, quæ fierent & dicerentur in
 Congregatione: id quod inviolabiliter
 servaretur, etiam erga *confessarios*: adeo
 ut, qui in eo deliquisset, huic com-
 minaretur pœnas inferni; & ejiceret
 ex congregatione, qui si denuo flagita-
 ret admitti, necessarium foret, ut post
 multas preces *pedibus nudis* intraret,
fune pendulo ex *collo*, & in terram pro-
 jectus sineret se omnium pedibus pro-
 culcari. Igitur confectanea iis, quæ
 annis præcedentibus sine fructu ape-
 ruerat aliis, jam hos suos discipulos
 docuit, fore, ut proximis *annis viginti*
 obtineatur *regnum Altissimi*, hujus ex-
 peditionis, illiusque exercitus conscri-
 bendi se ducem fore, assistente *magno*.
 Ange-

Sæc. XVII.
 A. C. 1660.

Sæc. XVII. *Angelo*, & mox, & jam ipso *Michaele*
 A. C. 1660. archangelo; eum in finem sibi a caelo
 missum esse *gladium*; se vero nominabat
pro-Christum, id est, defensorem Christi
 agebatque in discipulis suis jam incepit
 hoc regnum: in quem sensum usurpa-
 bat illud scripturæ; regnum Dei in
 vos est: destinari eos *prædicatores* ad
 conversionem recte dispositorum ho-
 minum, & eorum omnium executores
 quæ ipse mandaret; totam rem ge-
 rus *gladio*, eo præcipue, quem tunc
 habebat ad manum, cum effigie *Sapientie*
Angelorum in manubrio. Hanc suam
 expeditionem, ad quam a Deo voca-
 tur, implendam interfectione homi-
 num peccatorum, quibus non fieret
 gratia se disponendi ad mortem per
sacramenta, ita ut ii soli remanerent
 læsi, qui habituri essent in *fronte signati*,
 quo si vel ipse careret *Pontifex*, opor-
 teret occidi: eam in rem auxilio
Michaelem archangelum cum suo exer-
 citu; prout olim defendit honorem
 vinum eiectionis Angelis malis, & ex con-
 muni Angelo Princeps effectus Ange-
 lorum: fore negotium multæ rixæ
 multarum *excommunicationum* fulmine
 darum: verum his non obediendum
 eo quod repugnet voluntati divine
 maximas etiam fore strages *Romæ*, &
capita humana in memoriam posterorum

in certis locis essent exponenda, sed Sæc. XVII. A. C. 1660.
 his peractis *Romam* celebriorem fore, ea præsertim in parte, ubi sancta san-
ctorum sunt, quæ nimirum divinitus
 aperienda essent inventis illic *scripturis*
deiparæ virginis: Anti-Christum ipsum
 illiusque adventum non fore impedi-
 mento; *Pontificem*, qui successurus es-
 set, fore ipsi amicum, qui omnem ejus
 doctrinam confirmet; augeat numerum
Cardinalium: in throno post humeros
 suos *signum crucis*, aliaque *passionis in-*
strumenta, atque in capite *coronam tri-*
plicem auream instar coronæ spineæ: Ec-
clesiam fruituram *pace* spatio mille an-
 norum, *Sathana* interea alligato apud
 inferos per sanctum *Michaellem*; idque
 opera beatissimæ virginis, de qua pro-
 inde legitur: *conteret Caput tuum*. De-
 nique fratres illius in statu religioso vi-
 cturos, qui tunc sit erigendus; cujus
 habitus sit *agnina pellis alba*, eaque
 simplex per *æstatem*, at *hieme* duplicata,
 cum *cucullo* ex eadem pelle, *Crucis si-*
gno in medio capitis & *collari ferreo* ex
 collo, in quo hæc verba sint insculpta:
 OVES MANCIPTÆ AGNO PA-
 STORI: *domicilium & supellex* sit pau-
 pertati consentanea ex sola *argilla &*
stramine; ex quo etiam *calices & patinæ*
 efformentur, atque in conventu hu-
 jus novæ religionis collocatum iri de-
Hist. Eccles. Tom. LXII. Nu inde

Sæc. XVII. inde Ossa *Jacobi Philippi* de sancta *Ma-*
A. C. 1660. *lagia*, utpote qui præcursor fuerit ho-
 jus regni altissimi. Nec hic stetit do-
 ctrinæ *Borriancæ* infania, sed in ali-
 fima mysteria fidei ascendens ausus
 docere suos sectatores; beatissimam
virginem esse deam: eoquod *verbum*
 ternum, cum sit *Deus*, necessario
 buerit habere matrem *deam*: que
 execrandum errorem expositurus
 scipulis & eorum objecta dissoluturus
 docuit consequenter, beatam *virginem*
 non esse conceptam ex semine humano
 sed opera divina, dum videlicet *Spiri-*
tus sanctus incarnatus est in utero sancte
Annæ. Sic prorsus, ut beata *virgo*
 sit ipse *Spiritus sanctus* conceptus
 natus in visceribus *Annæ*; & ante
 post partum virginis. Nam *Joachimus*
 fuisse, *ajebat*, impotentem ad concu-
 mandum matrimonium, idcirco be-
 tam *virginem* appellabat sanctissimam
deam & unigenitam *altissimi filiam*; *aj-*
ebatque sacerdotes, qui ei adhaere-
 pauci, addere in *canone MISSÆ* has
 verba: UNISPIRATAM FILIAM, &
 probandam hanc doctrinam detestabi-
 lem, afferebat verba *salutationis* *ap-*
lica; GRATIA PLENA, quod *inter-*
 pretatur, *spiritu sancto Plena*; *ajebat-*
 que, *canticum canticorum* olim a *Spi-*
 ritu sancto propterea dictatum; tamen
 bat

hucusque nondum intellectum, nec ab ipso quidem *Salomone*. Ex quo *cantico* excerpebat varios versus, quos distribuebat discipulis meditando, tempore *orationis mentalis*; ut eos huic suo dogmati hæretico confirmando accommodarent; & siquidem hujusmodi meditationes, quas volebat afferri in scripto, essent conformes huic suæ sententiæ, laudabat tanquam ab *Angelo* custode dictatas: sin dissentirent, rejiciebat aliter interpretando. Promittebatque se editurum aliquando *epitomen* horum omnium, & *commentarium* plenum ejusmodi *cantici*, atque certo patefacturum mundo, certissimum hoc argumentum præfatæ *incarnationis*: confirmabat suos in hac perversa opinione, asserendo per *primum Cælum* intelligi *patrem æternum*, nomine *secundi filium*, & *terti*, in quod raptus est *Paulus*, *Spiritum sanctum*: atque illic audivisse ea arcana, quæ non licet homini loqui; id est; revelationem accepisse *incarnationis* *Spiritus sancti*, de qua tunc quidem non licuerit; at nunc advenisse tempus, eam manifestandi: atque ut animi excæcati a patre tenebrarum, ex alio in aliud præcipitium ruerent, adjunxit *Franciscus Borri* errores alios. In *eucharistia* non solum inveniri, *ajebat Christi Domini Corpus*; sed etiam

Sæc. XVII.
A. C. 1660.

Nn 2

Cor-

Sæc. XVII *Corpus Mariæ virginis*: & ideo a Sacerdote celebrante reponi in *calice* particulam *hostiæ consecratæ*; ut exprimat conjunctio *Christi* cum sanctissima sua *matre* in pretiosissimo illo sanguine. Item præter *infernum*, *purgatorium* & *limbum*, docebat dari locum *quartum*; ad quem transirent anime infidelium multæ: in sacra *Scriptura libro Ecclesiastici* scatere erroribus, compositum a *Salomone* id tempore, cum esset in peccato mortali. Hic quidem religiosos eo libro uti ad corrigendos suos errores, sed obtento Regno altissimo corrigendos. His igitur erroribus postquam illulisset sociis, exarsit desiderio diabolico ulterius eos disseminandi. Quamobrem ausus est multos eorum in *Epistola* transcribere certæ cuidam personæ, cujus nomen exprimitur in processu, habitanti extra territorium *Mediolanense*. Nec contentus voce sacrilega propagasse, etiam *penna* infernali eosdem descripsit. Præterinde in nocturnis congressibus cœpit dictare *Discipulis* pestilentissima scriptura quæ ipse ab iisdem postea conatus est recipere; quando illi suboluit de sacra *inquisitione*, abdiditque eadem in *Monasterio* monialium, quod nominatur in processu: quæ deinde cum in manus hujus sancti tribunalis venissent, judice

dice cognitum est, ab ipsomet partim fuisse dictata, partim communicata sociis, in quorum spissiore volumine præter supradictos errores observatæ sunt etiam hæreses sequentes.

Divinitatem tertiæ personæ esse tertiæ *deitatem*. In filio Dei principium esse omnipotentis *amantis*, eidem proprium, per quod filius ipse ab æterno cooperatus sit intrinsece omnipotentis *amanti & generanti*. Filium Dei ab æterno suamet gloria non fuisse contentum, sed avidissimum futuræ. *Deitatem* tertiæ personæ esse *spiritum*, essentiam verbi esse generatam & *filiatam*, stimulari patrem a Dei filio, ut creet *ad extra*, idcirco; ut reddat æqualem sibi filium. In personis tribus divinis esse tres omnipotentias constitutivas unius omnipotentis; quemadmodum tres sunt potentis in anima constitutivæ unius animæ, personas divinas *secundam & tertiã* esse inferiores *Patre*, dilatam esse a Deo ad hæc usque tempora unionem fidelium & infidelium, ut jam manifestentur prærogativæ, quas habet divinissima *Maria* per omnia æqualis suo filio. Beatæ virginis animam omnimodo æqualem fuisse animæ *Christi*, voluisse Deum, ut *Lucifer* adoraret *Jesum* & matrem ejus *Mariam* in *idea*: qua subjectione recusata ceciderit. Partem illam

Sæc. XVII. illam angelorum cecidisse cum *Lucifero*,
 A. C. 1660. atque in aere mansisse, quæ solo deli-
 derio, neque deliberate ei adhæsit: ac
 tequam produceretur *chaos materiae*,
 fuisse aliud a Deo creatum, consistens
 in solis qualitatibus, & productas po-
 tentias formatrices compositorum ma-
 terialium, quæ quasi *centra* sunt *sphæ-
 rarum* increatarum. Deum in creatio-
 ne mundi elementaris & animalium
 omnium, atque in distinctione elemen-
 torum esse usum ministerio angelorum
rebellium. Deum permisisse, ut a *de-
 monibus* crearentur diversæ species ani-
 malium silvestrium, & indifferentium
 pro gravitate culpæ eorundem, Deum
 in danda vita & anima brutis, uti
titate intellectuali reprobæ angelorum
bellium; & hæc animalia esse corrupti-
 bilia, eoquod deriventur ex substantiis
 destinata abyssis, & animalia ipsa, ut
 mari pro continua & indefessa *de-
 monum* productione. Homines animæ
 divinissima virtute vitæ generate
 spiratæ, eosque idcirco non esse ob-
 xios annihilationi, Deum in hac vita
 concedere sanctis idemmet dominium
 in bestias, quod *Adamo* concesserat
 culpam. Hanc doctrinam acceptam
 esse a throno increatæ Sapientiæ,
 esse irrefragabilem, creaturas
 esse ipsam *materiam primam*, de qua de
 spuat

Sæc. XVII.
A.C. 1660.

sputant, filios qui procreantur a parentibus existentibus in peccato, infici animatenus non solum culpa *originali*, sed etiam *actuali*, filios, qui procreantur a parentibus ad virtutem propensis, facilius exercere virtutum actiones, quam alios, voluntatem Dei Patris fuisse necessitatam ad creandum mundum. Insuper, nullos veluti fines ponens impiæ temeritatis, conatus est corrumpere *Symbolum Apostolorum*, *orationem dominicam*, *salutationem angelicam* hæreticis interpretationibus; dum explicaturus mysteria *symboli* ausus est illi inferere, *Mariam* processisse ex gremio divinæ essentiae cum anima *deificata*; eoquod alioquin propter disparitatem naturæ fieri nequivisset *desponsatio* Spiritus sancti, cujus opera, *ajebat Borri*, incarnatum esse verbum in utero *decæ nostræ Mariæ*. Quod ad *cælos* attinet, ad quos Christus Dominus ascendit, *ajebat*, per eos intelligi *tres personas*, quarum *Pater* sit cælum increatum, *Filius* cælum generatum, & *Spiritus sanctus* cælum spiratum, quæ nimirum sunt tres *sphæræ* splendidissimæ: sessionem *Christi* ad dexteram patris improprie interpretatus, *dicebat*; humanitatem ejus esse constitutam arbitram omnipotentiae exterioris, descendivæ ab æterno patre, beatissimam virginem

Nn 4

Mariam

Sæc. XVII. Mariam fuisse *Filiam Dei* ante conce-
 A. C. 1660. ptionem divini verbi, & habuisse iden-
tificatam animæ suæ deitatem; id quod
 optime cognoverit *Gabriel*: ob eandem
 que causam de illa dictum esse: *ab in-*
tio & ante sæcula creata sum, pro-
 eodem modo, quo dicitur de *Christo*
 occisum esse ab origine mundi: in
 positione sacrilega orationis domini
 verba illa; *adveniat Regnum tuum.*
 telligebat de phantastico suo Regno
 tissimi. In explanatione salutationis
 gelicæ salutabat Mariam virginem es-
 thetis uni spiratæ deæ, filicæ altissimi
 veri Spiritus sancti incarnati: Scribens
 que sacrilego calamo; quod ob pec-
 tum EVÆ decreverit Deus incarnato-
 nem Spiritus sancti, qui contritus
 esset Caput serpentis. Dum creditur
 & exercet opera divina, obligari Deo
 necessario, ut ejusmodi homini con-
 rat liberales gratias, non ex misero-
 dia, sed ex rigore justitiæ. Porro
 conciliandam sibi venerationem & re-
 mationem inter suos, atque immen-
 doctrinam suam ostentandam pro
 lesti, nullum intermisit artificii gen-
 pro capacitate discipulorum. Nam
 quos eorum reperiret timidiore,
 trem æternum, revelatione sibi facta
 fingebat, iratum; cumulabatque
 tiva securitatis, adhibita motione
 teru

terna, quam aliquis discipulorum ostenderet, se persensisse in receptione sacrae *Eucharisticae*: necnon in execrandis illis conventiculis ex *diabolica* inani gloria, simulans humilitatem, narrabat dissolutionem suae pristinae vitae, protinus adjungendo; se vero divinitus conversum a Deo in Ecclesia sanctae *Mariae majoris* in urbe, eamque conversionem suam factam unacum maximo terrae motu noctis insequentis, simulque cum apparitione *Michaelis* archangeli & apostoli *Pauli*, quorum ille ingenti clamore ei fuerit locutus, hic vero ei dixerit haec verba: *multa dissimulantia venient, omnia tamen ad majorem Dei gloriam.* Palam testabatur, dono revelationum divinarum facillima captu sibi effici altissima quaeque mysteria fidei nostrae, exemplum allegans *resurrectionis mortuorum.* Missum se a Deo, ut reducat mundum totum ad Ecclesiam *Catholicam*, habere se auctoritatem sancti *Pauli* usque adeo magnam, ut vi illius aliquando potuerit reprehendere principem *apostolorum*, atque hac auctoritate, quae eadem omnino creat *papas*, verbis aliquibus prolatis illuminare se alios posse ad cognoscenda scripturae sanctae multa & profundissima secreta: auctoritatem hanc non conferri a Deo aequaliter omnibus. Unumquem-

Saec. XVII.
A. C. 1660.

Sæc. XVII. quemque, qui eam accipiat, habere
 A. C. 1660. potestatem eam communicandi alteri,
 se vero tanquam abundantiore gratia
 & cognitione donatum, posse conferre
 eam multis: quemadmodum reip
 conferebat quibusdam sociis, impo
 tione utriusque manus eorum cap
 cum invocatione sanctissimæ Trinitati
 ut dignaretur eos recipere in religio
Nationalistarum evangelicorum; & præ
 terea imploratione sanctorum *Michaelis*
Gabrielis, *Raphaelis*; Angelorumque
Michaelistarum, *Gabrielistarum*, *Raphae
 listarum*, cæterorumque angelorum
 nium paradisi; ad exorandum a san
 ctissima Trinitate usum hujus dignita
 tis, qui consistit in dono sapientiæ, et
 que in omni eo præterea, quod re
 quiritur ad obtinendum *Regnum altissi
 mi*, vi cujus dignitatis, dicebat, sibi
 potestatem esse salvandi complures
 nimas non *baptizatorum*, datam sibi
 serebat flammam quandam internam
 cujus iudicium discernat inter inspira
 tiones divinas sibi factas, quas etiam
 dicebat esse agnitas pro cælestibus
 religiosis quibusdam fœminis vitæ
 sim exemplaris, quarum nomina videtur
 est in processu: manum attollens, ce
 bat, in ea Deum res magnas confite
 xisse, quæ omnes dirigerentur ad ob
 quirendum regnum altissimi, quoniam
 illis

illis *quinque* in *digitis* contineri omni-
 potentiam Dei.

Sæc. XVII.
 A. C. 1660.

Quo videlicet dicto indicabat pote-
 statem penes se esse reducendi totum
 genus humanum ad unicum *ovile* &
pastorem, alias, propalabat, a se visas
 esse quorundam ex sociis animas cir-
 cumdatas lumine varii coloris, prout
 varia erat uniuscujusque eorum virtus:
 dignoscere sese ex fronte hominum,
 quid intus agatur: eoquod polleat
 gratia intuendi Angelum custodem in
 facie cujusque sub specie *rotundæ lucis*:
 quapropter consuetudinem introduxit
osculandi socios in *fronte*, quos, ajebat,
 dedita opera electos a se fuisse minus
 literatos, quo magis Divina in eis pa-
 telceret operatio tanquam scientia do-
 natis divinitus infusa, atque omnibus
 dotibus acquirendum regnum altissimi
 necessariis, ea prorsus ratione, qua
 Christus apostolos elegerat: eandem
 ob causam hortabatur illos, ut libros
 suos venderent, quod essent erroribus
 pleni, sua vero doctrina sincera, quæ
 posthæc confirmanda esset ab Ecclesia,
 tametsi nunc quidem cerneretur ut *in-*
nuba. Denique conscius sibi periculo-
 rum, quibus exponebat socios & secta-
 tores suæ perfidiæ, exhortabatur eos
 ad contemptum suppliciorum *ipsiusque*
mortis: nam cum aliquando 9. dierum *fe-*
rias

Sæc. XVII. *rias B. Virgini nuncupasset, sanguinem*
 A. C. 1660. *jus amore fundendi eos obstrinxit voto, pro-*
tinusque duxit ad supplicii locum, ut illi
osculum figerent ostio conclavis, in qua
arma carnificis asservantur.

Confirmabat se visione accedente
 quantopere hæc oblatio beatæ virginis
 placeret, quod etiam *nivem* illic
 collapsam benedixit, qua impetum
 curavit vasculum, pollicitus *aquam*
 colliquescente *nive* ortam, fore in
 mentem peropportunum multas
 nendi *gratias*.

Cuidam suorum in parænesi ad
 timentiam animum addidit, ad supplicium
 cum alacritate sustinenda, cum
 ei promitteret adjungere custodem
 gelum, qui auxiliaretur & confortaret
 in accepta doctrina.

Ad alium eorum dicebat, omnino
 credendum esse, quod oporteat
 mori.

Ab alio professionem exegit
 faciendam firmissimæ fidei omnium
 rum, quæ docuisset usque ad profectum
 nem vitæ.

Universe autem sciscitabatur e
 gulis sociorum, ad quæ unusquisque
 supplicia se paratum inveniret pro
 stinenda incarnatione Spiritus sancti
 Cæterum cum ex incarceratione sociorum
 rum quorundam retro res suas relinqueret

intellexisset, præter opinionem suam Sæc. XVII.
 & somnia respondit, se tunc quidem A. C. 1660
 nullum persentiscere impulsu inspirationemve divinam: quæ si ei contigisset, daturum se fuisse initium expeditionis ad *Regnum altissimi* conquirendum hoc pacto, compariturum se fuisse in *area cathedralis Ecclesiæ Mediolanensis*, atque illic eloquenter & graviter ad plebem fuisse peroraturum de magnitudine onerum tum animæ tum Corporis, quæ plebs sustineret; qua concitata ad tumultum, si obtinisset sequaces, ad curiam *archiepiscopalem* advolaturum se ad liberandum socios etiam cum nece ministrorum aut ipsius *Archiepiscopi*.

Verum nihil ausus ejusmodi, potius deliberavit se fuga eripere supplicii impendentibus & promeritis: neque tamen ab erroribus tantillum discedens, & perversi semper animi hortabatur quempiam e sociis, ut, si ejuranda esset doctrina, ejuraret sane oretenus tantum: se enim ea in re dispensare, dummodo animo teneret mordicus, quæ accepisset. Post fugam ipsam in civitate, quæ exprimitur in processu, seminare quosdam ex prædictis erroribus ausus, etiam illud addidit, nihil opus esse, ut peccata occulta detegerentur in *confessione sacramentali*.

His

Sæc. XVII.

A. C. 1660

His ita constitutis; ut tanto magis
 remedium afferretur, neque ad plura
 serperet ista pestis, atque imposture
 & artificiosæ simulationes; decrevit
 ut contra præfatum Franciscum Josphum
Borri procederetur, tanquam
 contumacem, utpote qui fuga factu-
 xisset se poenæ promeritæ, igitur
 Martii anno 1659. admonitus est &
 tatus, ad comparandum, coram
 bunali hujus sanctæ universalis in-
 sitionis, ut responderet & purgaret
 sese de iis, quæ in materia fidei
 objicerentur, idque intra 90. dies
 poena *excommunicationis majoris lata*
sententiæ, sed ille inobediens atque in-
 rius comparandi ad eum terminum
 tametsi ei salvus conductus offerretur
 & promitteretur omnis alterius de
 causa, perstitit in erroribus pertinax
 & contumax animo, ad primum
 exemplum.

Quamobrem elapsis 90. diebus, qui
 fuerant assignati, observatisque qua-
 tuor consuetis terminis citatus est
 legitime ad accipiendam declarationem
 poenarum, quas incurrisset, expressum
 in *monitorio* prædicto, mox etiam
 declaratus est incurrisse *excommunicationem*
majorem, affixis eam in rem scholæ
 dis publicis tam Romæ quam Mediolani.

Verum

Verum etiam hac medicina salubri Sæc. XVII.
 repudiata, quæ ex paterno visceribus A. C. 1660.
 ei oblata reditum præparabat ad sinum
 Ecclesiæ, & unitatem sanctæ fidei, at-
 que ejurandos errores & hæresin, in re-
 probum sensum, & spretis nostris ad-
 monitionibus amplius totum annum
 persistit in prædicta *excommunicatione*,
 & etiamnum perstat contumax, ideo
 2. *Octobris* præterlapsi citatus est denuo,
 ut appareret coram nobis intra alios
 90. dies ad tempus *vesperarum* in hac
 Ecclesia sanctæ *Maricæ* ad *Minervam*,
 auditurus *sententiam definitivam*, quam
 videlicet in hac nostra expeditione &
 gravissima causa de suffragio nostræ
 Congregationis generalis ea super re
 habita contra eum protulimus, se-
 quenti tenore.

Invocato itaque, sanctissimo nomine
Jesu Christi domini nostri & ejus glo-
 riosissimæ matris *Maricæ*, in causa,
 quæ disceptata est coram nobis per re-
 verendum Petrum *Seristam* juris utrius-
 que *doctorem*, procuratorem *fiscalem* hu-
 jus supremæ & universalis *inquisitionis*,
 ex una parte, & Josephum Franciscum
Borri supra memoratum reum ex *inqui-*
sitione cum processu institutis in causa
 fidei contumacem & excommunicatum;
 atque ita persistentem ultra anni spa-
 tium ex altera parte; nos hac *sententia*
 nostra

Sæc. XVII. nostra definitiva, quam sedentes pro
 A. C. 1660. bunalī proferimus in his literis, cum
 consilio & approbatione reverendorū
 patrum *theologorum* & dominorum *con-*
onistarum, tanquam *consiliariorum* pre-
 dictæ generalis *inquisitionis*, edicimus,
 pronuntiamus, definimus & decla-
 mus memoratum Josephum Franciscum
Borri, ob supradictas causas puniri
 debere, tanquam hæreticum, & ita
 circo incurrisse censuras omnes eccle-
 siasticas, & pœnas sacrorum *canonum*
 & constitutionum *pontificiarum*, tam ge-
 neralium quam particularium, quæ
 quot ejusmodi hæreticis irrogatæ & in
 eos promulgatæ sunt.

Ad cujus rei executionem præci-
 mus eum omni honore & prærogativa
 excludimus ex foro nostro Ecclesiastico,
 & sancta nostra immaculata Ecclesia,
 cujus ille misericordia se reddidit in-
 dignum, atque in detestationem ejus de-
 liciti permittimus effigiem ejus domini
Cardinali *progubernatori*, vel ejus *locum*
tenenti criminali hic præsentī, ut in ea
 exequatur supplicia debita, mandata
 tes exuri impia ejus & hæretica scripta
 declarantesque bona ejus mobilia, &
 immobilia, jura & acta *fisco* obnoxia
 & commissa.

Insuper præcipimus omnibus fide-
 libus utriusque sexus, ne sub pœna
 excor-

excommunicationis latae sententiae conver-
 sentur cum prædicto *Borri* tanquam Sæc. XVII.
A.C. 1660.
 hæretico damnato & declarato; simul,
 ut impediant pro viribus, ne quisquam
 cum eodem agat vel conversetur: ne
 item res ei necessarias suppeditent.
 Injungimus præterea in virtute sanctæ
 obedientiæ ad majorem confusionem
 prædicti *Borri* ejusque complicum,
 fautorum, adhærentium, & recepta-
 torum, omnibusque *patriarchis, prima-*
tibus, archiepiscopis, cæterisque Præla-
tis patriarchalium, metropolitanarum &
aliarum cathedralium, collegiatarum, in-
feriorum ecclesiarum capitulis & per-
 sonis aliis Ecclesiasticis, ut teneantur
 apprehendere aut curare apprehendi
 prædictum *Borri*, & apprehensum no-
 stro nomine retinere, nosque reddere
 certiores, ut disponamus de ejus per-
 sona secundum justitiam: prout etiam
 permittimus, ut non solum a magistratu
 sæculari capiatur, edito super hac re
 mandato, sed etiam a qualicumque ho-
 mine privato, cui hunc favorem præ-
 stare libuerit nostræ sanctæ fidei, sic-
 que edicimus, pronuntiamus, defini-
 mus, declaramus, concludimus, per-
 mittimus & damnamus; non hoc so-
 lum, verum omni alio meliori modo
 & forma, qua ex jure possumus &
 debemus.

Hist. Eccles. Tom. LXII. Oo Post-

Sæc. XVII.

A. C. 1660.

Postquam vero sceleratus hic homo Hafnia ad Turcarum imperium proficisci paraverat, a quibusdam agnitus, Viennam in vinculis deductus est, inde vero Romam ad summum Pontificem missus, ibidemque errores suos ejurare compulsus, in arce S. Angeli detinebatur, donec anno hujus sæculi nonagesimo quinto supremum obiit diem, annos natus septuaginta novem.

§. L.

Quædam propositio a Cadomensi Universitate, & a Prætoribus proscripta.

Decret. Univ. Cad. contra D. Fossart Sentenc. du Lieut. Criminel.

Eodem hoc anno Magister Richardus Fossart Sacerdos, cum die vigesima quinta Octobris in Universitate primos Doctoratus honores expetisset, Eremitarum Cadomensium promovetur, publicam habuit disputationem in qua quæstionem de auctoritate potestate summi Pontificis agitans, postquam de Sacra ejusdem potestate fusius disseruerat, ad temporalem potestatem deflexit, propugnavitque quod summus Pontifex supremam habere Reges deponendi, & constituendi potestatem. Enimvero Facultatis Theologicae Decano, ceterisque Doctoribus hæc propositio summopere displicuit, ut

Sæc. XVII.

A. C. 1660.

men omnem vitarent tumultum, rem-
que maturius communi Doctorum ju-
dicio discuterent, disputationis finem
esse præstolandum censuerunt, qua de-
mum absoluta una omnes convenere,
quid hac in re agendum, deliberantes:
tandem vero unanimi suffragio die vi-
gesima septima Octobris decreverunt,
præfatum Fossartum severa correptione
esse castigandum coram publico con-
fessu, eique ex Facultatis mandato in-
jungendum, ut hanc *doctrinam toties*
damnatam, & omnino a Fidelium & Ca-
tholicorum animis eliminandam publice re-
vocaret. Hoc Facultatis decretum
Beaussinus Universitatis Decanus, pro-
lixius de vera summi Pontificis pote-
state prolocutus, Fossarto prælegit, qui
suam desuper mentem explicans re-
spondit, *se eam Pontificis potestatem de-*
ponendi Reges, intelligere tantummodo de
Regibus Tyrannis. Percepto hoc re-
sponso idem Decanus acriori, magis-
que vehementi vocis contentione Fos-
sartum objurgavit, multisque ostendit,
etiam hanc doctrinam Regum & Prin-
cipum saluti adversam esse damnandam,
eo quod hi ex tam nefariæ doctrinæ usu
in manifestum vitæ discrimen induci
possent, eam proin omni ex parte de-
testandam esse, utpote ab Academiis &
Facultatibus Theologicis Regni Gallici

Sæc. XVII proscriptam, a Senatus consultis
 A. C. 1660. premorum ejusdem Regni Ordinum
 unacum suis Defensoribus damnatam
 libros vero, in quibus ejusmodi doctrina
 contineretur, publice esse con-
 mandos. His ita expositis Decanus
 Fossart præcepit, ut non modo sua
 propositionem, sed etiam illius im-
 pretationem revocaret, quo facto no-
 mine Facultatis scribæ Universitatis
 junxit, ne nomen dicti Fossart, et
 ejus actum inscriberet, nec in acta Fa-
 cultatis referret, quin prius de toto
 negotio fuisset adhuc amplius, & ma-
 turius deliberatum. Interim monitus
 est Magistratus, ut pro suo munere
 rei exipentia ageret, quod sibi videretur
 æquius, & consultius, monitus
 quoque Rector, ne Universitas suis
 titibus deesset, sed communibus
 tatum calculis, & suffragiis pro
 hujus Universitatis in Franciæ Regni
 studio, fidelitate, & obedientia,
 perniciosam, & detestabilem adeo
 doctrinam animadverteret.

Re igitur, ita ut dictum fuit,
 ram Rectore, Decanis, Doctoribus,
 Professoribus Universitatis exposita,
 approbata, idem Rector, Decani, Do-
 ctiores & Professores, seu Universitas
 Cadomensis legitime in loco majorum
 congregata unanimi omnium consensu

censuit, supradictam doctrinam de po-
 testate summi Pontificis, quoad Jus Sæc. XVII.
A.C. 1660.
 deponendi, & constituendi Reges, &
 expositionem a dicto Fossart allatam,
 impiam, perniciosam, seditiosam, &
 omni ex parte esse detestandam, eamque
 ut talem condemnavit, ac præfatum
 Fossart, quod eam in sua responsione
 proferre ausus fuerit, indignum judi-
 cavit, qui unquam gaudeat privilegiis
 ejusdem Universitatis, & ad illius gra-
 dum in ulla facultatum promoveatur,
 prout revera Facultas eum præfenti
 decreto omnibus ejusdem privilegiis
 privavit. Quin & omnibus Baccalau-
 reis, & aliis inhibuit, ne eandem do-
 ctrinam proponant, & sustineant sub
 iis pœnis, & aliis pro rei exigentia in-
 fligendis; censuit quoque præfens de-
 cretum in eadem Universitate publi-
 candum, & ad valvas Scholarum affi-
 gendum, ut omnibus innotescat.

Insuper Guilielmus Gardeur supre-
 mus Capitalium rerum Prætor pronun-
 tiata sententia Fossarto injunxit, ut in
 Curia, necnon in Universitatis aula de-
 tecto capite declararet, quod temerarie
 propositionem falsam, Sacris Canoni-
 bus, præcipuis Regni legibus, necnon
 Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus, juri-
 busque adversam protulisset, quo factò
 Oo 3 Fossar-

Sæc. XVII. Fossartus Doctoratus gradu exutus
 A. C. 1660. carceres reduceretur.

§. LI.

*Infausta Venetorum expeditio contra
 Turcas.*

*Nani Hist.
 Venet. l. 8.
 Tuld. Hist.
 Eur. l. 8.*

Stabilita pace Hispanum inter & Gal-
 lum Reges, Veneti per Joannem
 Baptistam Nanium Oratorem suum
 Ludovico Galliarum Rege opem adre-
 sus Turcas implorabant: nec frustra
 erat eorum fiducia; quippe Rex pro-
 ter ducentos Equites quatuor pedum
 millia ductore Almerico Estensi Prin-
 cipe ex Flandria ad Insulam Cytheream
 transmisit: Leopoldus quoque Imp-
 rator in Reipublicæ subsidium duo-
 ditum millia ad Foro. Julii fines
 duxit. Interea vero Franciscus Mor-
 finus Venetæ classis Præfectus Neg-
 pontum intercipere parabat, ast ven-
 rum injuria repulsus Scyarthum insu-
 lam aggressus, arcem expugnavit, ob-
 taque præsidiariis vitæ libertatisque
 venia illam penitus diruit: postea
 plenis velis Sudam versus contendit
 & propugnaculum ad S. Venerandam
 trucidatis obsessis expugnavit, vicinas
 que arces sibi subjecit: quamprimum
 vero Turcæ Gallicas Venetasque copias
 haud procul a Cicalaria urbe exfecit.

disse compererant, toto impetu in eas ^{Sæc. XVII.}
 irruerunt, Christianorum autem forti- ^{A. C. 1660.}
 tudine numerum superante non sine
 magna suorum clade pedem referre
 coacti sunt: prospero hoc successu ani-
 mati Veneti Caneam tam valido ar-
 morum apparatu obsident, ut nil pro-
 pius, quam ejus expugnatio, esse vi-
 deretur: Turcis vero opportunum in-
 ferentibus auxilium obsidionem solvere
 compelluntur: inde ad Candiam pro-
 gressi, Turcarum agmen invasere, for-
 tius tamen, quam feliciter dimicarunt;
 postquam enim superato aggere, occu-
 patisque octo belli tormentis jamjam
 victores, novæ Candiæ arcem sub-
 egerant, turmatim neglecto Bellidu-
 cum imperio in Turcarum tentoria
 involarunt, ac prædæ aviditate excæ-
 cati, solutis ordinibus huc illucque di-
 lapsi sunt: quo conspecto nonnisi tri-
 ginta Equites Turcici in obvios præda-
 tores irruunt: inde vero ceteri tam
 panico timore dissipantur, ut qua cui-
 que patebat ad fugam via, abjectis in-
 decore armis erumperent. Instant fu-
 gientibus Turcæ turmatim affluentes,
 & ferme sexcentos ex Venetis, toti-
 demque Gallos trucidant. Hoc suc-
 cessu fretus Bassa novis militum suppe-
 tiis magnaue annonæ copia Caneam
 munivit, haud majora adversus Vene-
 tos

Sæc. XVII. tos tentare ausus, forte, quia Syros
 A. C. 1660. Fratres, qui se Sidonis Emiros voca-
 bant, cum multis Bassis rebellare, ac
 Constantinopolin armatos tendere
 audierat.

§. LII.

*Georgius Ragotius a Turcis captus
 ac trucidatus.*

*Ortel. cont.
 pag. 179.*

Interim Transylvani Achatio Bartzani
 quem Turcarum Imperator exaucto-
 rato Ragotio in Principatū subrogave-
 rat, fidei obsequium præstitere, hacten-
 us lege, ut reconciliato cum Turcis
 Ragotio, Transylvaniæ regimen e-
 dem cedat. Habebantur postea Poloni-
 ni comitia, in quibus de reprimendis
 Turcarum irruptionibus deliberatum,
 hi enim magno numero Tocæum usque
 progressi, trajecto Tibisco omnia
 ferro flammaque devastarunt, plurimos
 que ex incolis in diram servitutem
 cum abstraxerunt: Verum Ragotius
 collectis suorum octo millibus Barbaris
 invasit, victosque retrocedere coegit,
 inde vero Cibinium urbem recuperaturus,
 Claudiopolim contendit, ubi
 die vigesima secunda Maji tanto furoribus
 cum Turcis dimicabat, ut amissis suorum
 rum nonnisi sexcentis sex ferme ho-
 stium millia profligaret, proprioque
 gladio

gladio septendecim Turcas interimeret, Sæc. XVII. A. C. 1660.
 priusquam continuato prælio devictus, acceptis quinque vulneribus fugam cum residuo exercitu capefferet: tandem Varadinum a suis deportatus, ibidem quinta post pugnam die gloriosus decessit. Parta hac victoria Turcæ præter opimam prædam multa Transylvanorum millia in Thraciam rapuerunt, & Mahometes Imperator Adrianopoli victoriæ triumphum agens, quatuor millia Christianorum captivorum capita oblongis hastis infixæ sibi præferri curavit, & paulopost Varadinum cingi iussit, quod etiam tertio obsidionis Mense pactis deditiois legibus occupatum est, Cæsareis incassum hostem numero longe superiorem repellere conantibus. Hoc successu elatus Ziphra Hasan Agha Turcicus belli Præfectus plurium urbium Gubernatores ad deditioem sollicitabat, incassum tamen, etsi hujus Viri arrogantiam plurimum acuerent intestina Transylvanorum diffidia, nonnullis, postquam Bartzaius Principatu cesserat, Joanni Kemenyo olim supremo Ragotzii Belliduci, aliis Constantino Moldaviæ Principi, aliis Abassyto adhærentibus: quapropter Turcarum Imperator horum dissensione fretus, se Principem Transylvaniæ dixit, reclamante universa Nobilitate, quæ

Sæc. XVII. Turcis potenter resistere parata, Cap.
A. C. 1660. faris opem enixe imploravit.

§. LIII.

*Carolus II. Angliæ Rex Regno
restitutus.*

Book cap. 3. pag. 82. Postquam Georgius Monchius suo exercitu Londinum ingressus fuerat, inopina hæc rerum motu Parlamento, Independentes, & Presbyterianos, quorum quivis diversis affectibus, magna sollicitudine metuque exagitabat: novi enim Senatores haud temere suspicabantur, quod Monchius vel supremam in Regno auctoritatem sibi vindicare, vel Carolum Regem Regno restituere intendere: eapropter erecto novo Senatu preceperunt, ut horum quivis juramento religione sese obstringeret, quod Parlamento fidem servare, ac quemcumque, si quis solus Regno præesse audeat, rejicere, & Carolum Stuartum omnesque Jacobi I. posteros a Regni successione excludere velint. Hoc verum juramentum præstare recusabat Monchius, unde hujus Viri fides magis adhuc suspecta erat Parlamento, quod tamen ipsum offendere verebatur, eo quod ad Anglici exercitus, qui jus omne sibi in Regnum arrogabat, excutere

CCIV.

cutiendum jugum, & compescendos Londinenses ejus opera & auxilio egeret: Monchius vero ea, qua præditus erat, dexteritate & prudentia præprimis a Parlamento petiit, ut copias a Londinensi statione amoveret, ad regiminis curam nec Regios nec fanaticos admitteret, & veteres quatuordecim Senatores a Cronwello anno hujus sæculi quadragesimo octavo exauctoratos, pristinae restitueret dignitati. Præterea Nationis genio & tempori inservire apprime edoctus, & præcipue Londinensem Magistratum sibi conciliare intentus, adversus Parliamentum graves effundebat querelas, datisque literis omnes belli Præfectos de suo erga eos affectu certiores reddidit, hortatus, ut omnibus, quos Carolo Stuardo favere nossent, totis viribus sese opponerent: Interim Monchii impulsu Senatores nuper restituti suas habebant Sessiones, in quibus præter alia decreverunt, quod cuncta adversus se anno præfato statuta, simulque & juramentum de ejurando Stuardo abrogaretur, omnesque Regiæ parti addicti e suis carceribus dimitterentur, cunctique Senatores a Republicis creati amoverentur, denique statuerunt, ut liberrimum erigeretur Parliamentum, quod Regem pristinis honoribus

Sæc. XVII.
A. C. 1660.

ca, Ca
gno
us ca
ngrell
muta
& Pra
verise
citudo
m Sen
ar, qu
egno
el Cap
intere
atur
ramen
od Pa
menc
sse an
uartu
Regi
loc ven
t Mon
gis ad
quod
ur, eo
qui jus
ex
cutien

Sæc. XVII. A. C. 1660. noribus reddere adlaboraret. Huius
 decreti fama in vulgus sparsa Londinensem populum tanta affectu
 ut festivi in urbe ignes accenderentur & quod ferme prodigii instar habebatur,
 dum, quamplurimi *Vivat Carolus Rex Deus conservet Regem*, exclamare, cum
 que in Parlamentum effundere audentur: inde vero Monchius in suo libello
 mabatur proposito, quod adhuc tam solerter occultabat, ut quo sua venissent
 rent consilia, nemo tum subdormitur, quinimo, postquam a novis
 natoribus in supremum Anglicæ, Scoticæ & Hibernicæ militiæ Præfectum
 proclamatus fuerat, palam declaravit quod nec Stuarto sceptrum redderet,
 nec Procerum Curiam restabilire intendere: interim vero Montacuto
 Regiis addictissimo supremam Præfecturam contulit, ac præcepit
 Proceribus libertati redditis, in eodem Mense Aprili Lambertum Regii
 nis infensissimum hostem, qui e carcere elapsus conflato Anabaptistarum
 & Tremulantium agmine bellum instaurare moliebatur, profligatum,
 captumque ad Londinenses carceres trahi iussit, clam vero Joannem Greaves
 willum, cuius opera Carolus Rex cum Monchio conspirabat, ad Regem
 xellas ablegabat, ut de sua fidelitate

ac Regiam Majestatem restaurandi pro-
 posito Regem certiozem redderet: Hic
 idem Greanwillus Londinum reversus
 epistolam a Rege ad novos hosce Se-
 natores, & militiæ Præfectos datam
 Monchio tradidit, qui tamen illam a-
 perire recusans, has literas in Senatu
 prælegi jussit. Hujus vero epistolæ
 „summa erat hæc: Percepi, vos illi
 „restitutos esse dignitati, quæ vestri
 „generis nobilitati debita est: spero
 „itaque, quod vestram auctoritatem,
 „pro boni publici utilitate, sedandis
 „Regni tumultibus, reddendis Regi
 „vestro honoribus, & pro asserendis
 „privilegiis Parlamento, & libertate
 „populi impensuri estis: non amplius,
 „quam Regem decet, expeto, fruantur
 „subditi omni jure sibi a legibus attri-
 „buto: omnibus quoque plenam crimi-
 „num veniam polliceor, qui ea infra
 „quadraginta dierum terminum uti
 „voluerint. „ Percepta hac Regis de-
 claratione Procères & utriusque Cu-
 riæ Senatores unanimi suffragio decre-
 vere, antiquam regiminis formam esse
 revocandam: mox igitur die decima
 octava Maji Westmonasterii, Londini
 & Dublini in Hibernia Rex proclamatur
 Carolus II. reponuntur Patris Avique
 sui insignia per Cronwellum ignomi-
 niose sublata, delentur ea Parlamenti
 ab

Sæc. XVII.
 A. C. 1660.

Sæc. XVII. ab eodem erecta, ac denique ex utriusque
 A. C. 1660. que Curiae & Monchii voluntate Mo-
 tacutus Thalassiarcha unacum perho-
 norifica legatione legitimum suum Re-
 gem ex Hollandia in Angliam reducere
 jubetur. Igitur Rex die secunda Junii
 Haga Comitum in Batavia solvens, un-
 cum duobus suis Fratribus Eboracensi
 & Glocestriensi Ducibus biduo post De-
 briam advenit, cui Monchius cum qua-
 tuor Nobilium millibus occurrens, in
 lum Cantuariam deduxit, inde vero
 Carolus Rex promotio itinere die octava
 ejusdem Mensis triumphans Londine-
 sem urbem ingressus est, singulari om-
 nium Ordinum applausu, & immenso
 populi jubilo. Postea decretum, ut e-
 dem hæc dies quotannis perpetua me-
 moria, solemnique festo recoleretur,
 eoquod tum sæva tyrannis tantum
 extincta fuisset.

§. LIV.

*Cromwellus aliique Regicidæ ex-
humati.*

Rebus pacate compositis Carolus Rex
 decima quarta Junii sicut & sexta
 Augusti die ad utriusque Curiae Sena-
 tores orationem habuit, revocatoque
 sanctiore suo Senatu suum confirmavit
 decretum, quo cunctis ad Regicidium
 con-

concurrentibus vitæ veniam Bredæ Sæc. XVII.
 pollicitus erat, dummodo ultro sese A. C. 1660.
 sifterent. Ex illis igitur, qui adversus
 Carolum I. Regem judicum partes ege-
 runt, novendecim sponte sua carceri-
 bus includi petebant, alii e Regno ex-
 cessere, decem autem Regicidæ e fuga
 retracti capite plexi sunt, postea utrius-
 que Cameræ decreto cadavera Oliverii
 Cronwelli, Iretoni, Pridii, & Brads-
 havii refossa, cratique imposita Tybur-
 num usque ignominiose raptata fuerunt,
 ubi sub furcis publicis unacum eorum
 sarcophagis infossa sunt, populo eos
 maledictis omnibus impetente: ita ad
 omnem auram mutabilis est vulgi af-
 fectus, & indignatio. Sub idem fer-
 me tempus in Regem & Monchium de-
 tecta est atrox conspiratio; triginta e-
 nim octo militum Tribuni, qui nuper
 exauctorati fuerant, sex ferme infimæ
 sæcis hominum millia conflagrunt, jacta-
 to obtentu, quod Venetorum signa se-
 cuturi adversus Turcas pugnare decre-
 vissent: re tamen ipsa Regiis insidias
 struebant; ita enim inter se pacisceban-
 tur, ut vigesima sexta Decembris die
 Londinensem urbem in quatuor parti-
 bus incenderent, cunctisque ad extin-
 quendas flammam intentis ipsi Withal-
 liam milite suo cingerent, & Regem,
 Eboracensem Ducem, necnon Mon-
 chium

Sæc. XVII. chium captos abstraherent, quo facti
 A. C. 1660. demum munitiores Regis arces & præ-
 cipua ædificia in suam potestatem re-
 digerent, cunctisque Cronwellianis
 sibi accitis infuetam libero populo
 monarchiam everterent. Verum tem-
 ptive nefanda hæc consilia fuere detem-
 quocirca conjuratorum præcipui
 dati sunt in vincula, dein extremo
 plicio mulctati, ac ceteri omnes
 tiæ sacramento soluti Londino ad
 gesimum lapidem statim excedere
 sunt, gravius, & quidem rebellis
 pœna plectendi, si propius accessissent.
 Hac demum severitate non modo
 juratio, sed & conjurationis semen-
 tinctum, ac tranquillitas reddita
 si tamen in tanta sectarum, quibus
 glia scatet varietate, unquam
 quies sperari potest.

§. LV.

Res Franciæ.

Hode vie de Louis XIV. lib. 22. Nani Hist. Ven. l. 8.
 Pace inter utrumque Regem Galliarum
 & Hispanum firmata, de Ludovico
 vici XIV. Franciæ Regis, & Mariae
 Theresiæ Philippi IV. Hispani Regis
 Filix nuptiis serio agebatur. Hanc
 in rem Ludovicus Rex Bertetum, qui
 a secretis Regi erat, Romam decrevit
 ut Alexandrum VII. Papam de immen-
 pace

pace certiolem redderet, & obversans Sæc. XVII.
 connubii impedimentum solvi peteret: A. C. 1660.

interim vero Ludovicus Rex Aquis
 sextiis Condæum Principem sibi recon-
 ciliatum cum incredibile totius Aulæ
 lætitia exceperat, ac Provinciam per-
 lustratus unacum Mercurio Duce Car-
 dinalem Mazarinum Massiliam præ-
 misit, ut cives, qui spretis Regiis man-
 datis, ac contempto Governatore fir-
 mius quam par erat, suis privilegiis in-
 nitentur, ad obsequium reduceret:
 Igitur Dux cum Regiis copiis urbem
 ingressus, tormenta bellica inclusit, &
 Magistratum suis insignibus spolians,
 arcem, quæ cives in officio contineret,
 non tam calce, quam incolarum lacri-
 mis construxit, portamque, cui hæc
 verba inscripta legebantur (*), *sub*
cujus imperio summa libertas, tanquam
 seditionis vestigium destrui jussit. Arau-
 sionenses quoque, qui seditiosos ac in-
 quietos fovere, suamque urbem novis
 propugnaculis firmare præsumperant,
 Rex admotis copiis eo adegit, ut pactis
 quibusdam conditionibus nova muni-
 menta solo æquarent. Hac Regis fe-
 veritate territi Hugonotæ Montalben-
 ses, qui pariter hanc urbem proprio
 arbi-

(*) Scilicet Henrici IV. Regis.

Sæc. XVII. arbitrio variis propugnaculis munierant
 A. C. 1660. pluraque Tempia ubique erexerant, vni
 Regisque indignationem præventuri
 Ecclesias, quot Rex edictis Regiis con-
 trarias esse obtenderat, unacum pro-
 pugnaculis demoliti sunt. Postmodum
 obtenta summi Pontificis venia nuptiæ
 inter Regios Sponfos per Ludovicum
 de Haros Fontarabiæ die tertia Junii
 celebratæ sunt, ac tertia post die Phi-
 lippus Hispaniæ Rex, qui Ludovicum
 Regem in Phasiana Insula salutatum
 advenerat, ibidem Filiam suam Ther-
 resiam Regi tradidit, demum die undeci-
 cima ejusdem Mensis hoc connubium
 in æde S. Joannis Lucii regia pompa
 confirmatum est: quo peracta
 die vigesima sexta Augusti Ludovicus
 Rex cum Regia sua Sponsa Parisius ac-
 ceptus est, omnibus cuncta prope
 augurantibus.

§. LVI.

*Monasterienses adhucdum Episcopi
 suo rebelles.*

Tuld. Hist. Eur. En- nead. II. 1.3. Quamvis Leopoldus Imperator ante
 priore seditione Monasteriensi Ma-
 gistratui civibusque jus clavium, præ-
 sidiique pronuntiata sententia abjuc-
 casset, nihilominus hi Cæsaribus, fulque
 Episcopi mandatis parere recusantes
 suos

suos Oratores Hagam Comitum decre- Sæc. XVII.
 vere, ut a Calvinianis Ordinibus auxi- A. C. 1660.
 liares copias obtinerent: quo comperto
 Bernardus Episcopus vicissim Leopoldi
 Cæsaris, Imperiique Principum opem
 implorabat, nec irrita conatu; quippe
 Imperator, ductoribus Fabro, & Wolf-
 ramstorffio, aliquot militum cohortes
 transmisit, quæ per Moguntini & Co-
 loniæ Electorum, Ducisque Neo-
 burgici terras in Diæcesin Monaste-
 riensem penetrarunt, potius metum,
 quam vim urbi illaturæ: Ineunte ad-
 huc Mense Februario Imperator com-
 minata etiam exilii, & Cæsarei inter-
 dicti pœna seditiosos hortabatur, ut
 Cæsareo decreto parerent, suosque
 Oratores ad Belgas ablegatos revoca-
 rent. Pariter Elector Coloniensis, &
 Guilielmus Neoburgi Dux, ille Lands-
 bergum, iste vero Velbruchum ad hosce
 cives decreverunt, ut cum illis transi-
 gerent: His quoque Monasterienses pol-
 liciti sunt, quod suos Legatos revocare
 velint, si Episcopus Cæsareo mandato
 adversus urbem, uti nolit: Hoc autem
 responso ludum facere credebantur, eo
 vel maxime, quod sub idem tempus
 Calviniani Belgii Proceres datis literis
 Episcopo significarent, se Monasterien-
 sibus opem laturos, nisi Episcopus mi-
 litem præsidarium ex urbe evocet,

Sæc. XVII. cunctaque in pristinum statum reponat:
 A. C. 1660. se enim inito foedere cum Anseaticis
 civitatibus promississe, quod omnia,
 quæ ad Monasterii conservationem re-
 tinerent, procurare velint. Idem et
 tiam Batavi perscripsere ad Monasteri-
 rienses, qui inde efferatioribus effectis
 cunctas reconciliationis leges respice-
 runt: Nihilominus tamen Imperator
 adhuc die vigesima tertia Maji civibus
 significari jussit, ut nisi intra bimestre
 Cæsaris mandato obtemperarent, in-
 terdicto obnoxii essent, omnesque ex-
 pensas hanc in litem ab adversariis re-
 storibus factam refundere cogere-
 rent. Episcopus quoque eis denuo imminet-
 tia urbi damna, inferendique belli
 causas exposuit: Attamen nec minime
 nec preces apud male feriatorum mi-
 mos quicquam proficiebant, quocirca
 obsidioni datum est initium, laxantur
 belli tormenta, ingensque globorum
 tempestas in ædes effunditur: nil ta-
 men inde territi cives Mense Octobri
 in foederatorum castra magno impetu
 erumpunt, & ferme trecentos trucidant.
 Interim Monasteriensis Episcopus
 Fridericum Corpium Fratrem suum
 ad Principum Foederatorum Legatum
 Francofordiæ congregatos ablegabat,
 ut contra rebelles cives eorum operam
 imploraret, si hi Cæsareo decreto
 die

diutius armata vi obsistere non cessarent, & Batavi suas vires eis jungere vellent. Enimvero hi Legati suorum Principum nomine missis Hagam literis Batavos dehortabantur, ne controversiæ, cujus decisio unice ad Imperium Romanum spectaret, sese immiscerent: verum Batavi ad hasce literas nec responsum Legatis, nec etiam suppetias Monasteriensibus dederunt: tandem anno sequenti die vigesima nona Martii inter Episcopum & cives foedus initum est, quod, quia cives pristinis suis privilegiis penitus exciderunt, Episcopus autem ferme omnia, quæ prætendit, obtinuerat, potius victoria, quam pax appellari potest.

Sæc. XVII.
A. C. 1660.

§. LVII.

Tornacensis Synodi decreta.

Celebrabat hoc anno Ratisbonæ Franciscus Guilielmus Comes de War-
tenberg Episcopus Synodum suam, in
qua tamen nonnisi decreta in Concilio
Ratisbonensi ante decennium sancita
fuere innovata; præter hanc eodem
anno Franciscus Vilani a Gandavo Tor-
nacensis Episcopus ibidem die decima
tertia Aprilis Synodum habuit, in qua
Episcopus cum Magistratu de observa-
tione festorum agere decrevit, voluit-
que,

Hartzh.
Concil. Gerus.
tom. 9.

Sæc. XVII. que, ut Pastores inquirant in eos, quæ
A. C. 1660. durante bello pauperum & Ecclesiarum
 redditus annuos pro communibus
 expensis impendisse dicebantur. Pro-
 hibuit etiam, ne Regulares sine Epi-
 scopi licentia habitum suum quovis
 modo immutent: injunxit quoque Pa-
 rochis, ut sedulo invigilent, an
 hæretici cætus suos habeant, libros
 vetitos distribuant, vel alios seducen-
 conentur. Denique declarat, quos
 Parochiani, si tempore Paschali Sacer-
 dotibus Ord. Mendicantium confite-
 fuerint, satisfaciant præcepto confes-
 sionis, non autem communionis, nisi
 ea in propria Parochia fiat.

§. LVIII.

Quædam Constitutiones Pontificiæ.

Bull. magn.
Const. Alex.
cap. 6. **H**oc item anno Alexander VII. quæ-
 dam edidit Constitutiones, quæ
 rum summam exhibemus, & prima
 quidem die octava Martii omnes con-
 tractus & transactiones paupertati, &
 Ordinis Cisterciensis regimini contra-
 rias revocavit, simulque confirmavit
 decreta, quæ Jacobus Fabrettus Ge-
 neralis FF. Minorum Conventualium
 pro restauranda regulari disciplina re-
 cens edidit. Die autem vigesima quarta
 Augusti præcepit omnibus Regularibus

bus, ut cunctos cujuscunque conditio-
 nis sint, etiam suos confratres, quos
 hæresis labe infectos, vel de hæresi
 suspectos noverint, apud Sanctum Of-
 ficiam denuntient, etsi nulla fraterna
 correctio, vel alia monitio præmissa
 fuerit. Denique die vigesima Julii de-
 crevit, quod Alumni Collegiorum
 Apostolicorum perpetuo & quod vixe-
 rint Sedis Apostolicæ obsequio pro Mis-
 sionibus addicti censeantur, & jura-
 menti religione se obstringere tenean-
 tur, quod nunquam religionem ullam
 absque Sedis Apostolicæ licentia in-
 gredi, sed Sacros Ordines suscipere,
 & quolibet anno, si in Europa, si vero
 extra, quolibet biennio Sacram Con-
 gregationem de Propaganda de loco,
 ubi moram trahunt, certiore reddere,
 & jussu præfatæ Congregationis sine
 mora in Provinciam reverti, seque ibi
 perpetuo pro salute animarum impen-
 dere velint.

§. LIX.

*Nonnulla Sacrarum Congregationum
decreta.*

Prodiere insuper hoc anno quædam
 Sacrarum Congregationum decisio-
 nes, quarum prima satisfactum est Ca-
 morinensis Ecclesiæ Canonicis, peten-
 tibus,

*Decis. SS.
 Congr. Ri-
 tuum, Episc.
 &c.*

Pp 4

tibus,

Sæc. XVII. tibus, an ipsis liceat plures Missas ce-
 A. C. 1660. lebrare feria quinta in Cæna Domini.

si Festum SS. Annuntiationis incidat
 ad hoc ergo dubium S. Rituum Con-
 gregatio die vigesima Martii respondi-
 id licere, idemque a Cardinali Vie-
 rio omnium Ecclesiarum urbis Re-
 ribus significari iussit. Declaravit quo-
 que eadem S. Congregatio die decima
 septima Aprilis, quod in Ecclesiis, ubi
 Missam de aliquo Beato celebrari in-
 dultum est, liceat etiam ejus reliquias
 imaginem vel Statuam exponere, nec
 non anathemata appendere: Episcopi
 tamen Regulares, qui ex Indulto Se-
 dis Apostolicæ gaudent Privilegiis
 Religionis, de quibus sunt capaces pro
 eorum conditione, non possint de Be-
 tis suæ Religionis recitare officium, aut
 in propriis Cathedralibus Missam cele-
 brare, & Altare Beatis præfatis eri-
 gere. Decidit etiam S. Congregatio
 Episcoporum die vigesima tertia Julii,
 quod Regulares pœnæ in voti Pauper-
 tatis transgressores statuti obnoxii sint,
 si nullam habentes administrationem
 rem quampiam, etsi non magni mo-
 menti, sine Superiorum licentia ex-
 pressa vel tacita tenent, dummodo
 quantitas sufficiat ad peccatum mor-
 tale contra votum paupertatis.

§. LX.

Sæc. XVII.
A. C. 1660.*Fabritii Sabelli Cardinalis obitus.*

Luxerat hoc anno Sacrum Purpuratorum Collegium jacturam quatuor Cardinalium, quorum primus erat Fabritius Sabellus patria Romanus, qui non tam alieno generis splendore, quam proprio virtutum merito ad Archiepiscopatum Salernitanum euectus, hanc Ecclesiam sexdecim omnino annis non sine magna laude rexerat; postea ab Innocentio X. Purpura Romana, & Bononiensi Legatione honoratus, Romæ Polonici Regni negotia procuravit, demum vero die vigesima sexta Februarii annos natus quinquaginta duos ibidem mortalitatem exiit.

*Ciacon. in
vita Inn. X.*

§. LXI.

*Joannis de Lugo Cardinalis**mors.*

Alter erat Joannes de Lugo Hispali natus, qui emenso studiorum curriculum Societatem ingressus, non modo in Hispania, sed & Romæ per triginta omnino annos simul Theologiæ Magistri, & Concionatoris munus obibat, suaque eloquentia, & eruditione favorem Urbani VIII. sibi conciliabat, a quo etiam

*Alegamb.
Bibl. Script.
S. J.*

Pp 5

tiam

Sæc. XVII. tiam Pontifice nec vel levissimum quid
A. C. 1660. quam simile suspicatus, Purpuratorum
 Collegio adscriptus est, qua tamen di-
 gnitate auctus nihil a consueto humi-
 litatis, paupertatisque studio remittit,
 in victu parcus, in pauperes vero li-
 beralis, & erga sacra cænobia munus-
 culus: constituit etiam censum pro ad-
 lescentum aliquot Nobilium educatio-
 ne: tandem die vigesima Augusti ca-
 culi dolore confectus anno ætatis sue
 septuagesimo septimo animam Deo re-
 didit. Scripsit duos tomos de Jure &
 Justitia, librum de Pœnitentia & E-
 ucharistia, tractatus de incarnatione &
 de virtute Pœnitentiæ & fidei Divina
 responsa Moralia, & notas in privilegio
 vivæ vocis oraculo Societati concessa

§. LXII.

*Christophori Vidman Cardinalis
extrema.*

Ciacon. l. c. **H**unc fatali necessitate ad æternitatem
 sequebatur Christophorus Vidman
 patria Venetus, qui ex Camerae Apo-
 stolicæ Clerico, & Auditore, ab Inno-
 centio X. Cardinalis renuntiatus Lega-
 tionem Urbini cum singulari integritate
 & prudentiæ laude obibat: Ut vero
 Venetæ ditionis Episcopi Romam li-
 mina Apostolorum visendi gratia ad-
 euntes

euntes, cum decore sui Status ibidem Sæc. XVII.
 habitare possent, eisdem Domum omni A. C. 1660.
 suppellectile instructam supremis tabu-
 lis reliquit: tandem vero de medio for-
 tunæ & virtutum cursu immatura morte
 die trigesimo Septembris ereptus est,
 nonnisi quadraginta quinque annos
 emensus.

§. LXIII.

*Vincentius Costagutus Cardinalis
mortuus.*

Postremus inter Cardinales hoc anno
 denatos erat Vincentius Costagu-
 tus, Patritius Genuensis, qui huma-
 nioribus, severioribusque literis Romæ
 apprime imbutus, ac Doctoratus lau-
 rea insignitus nondum expleto vigesimo
 primo ætatis suæ anno Protonota-
 rium Apostolicum, & Cancellariæ
 Regentem egit, & ubique sese pruden-
 tem, cautum, moribus affabilem, &
 Reipublicæ studiosissimum exhibuit:
 quocirca Urbani VIII. Papæ jussu in
 Umbria, Piceno, proximisque locis
 Commissarii Generalis munere functus,
 ab eodem Pontifice Cameræ Aposto-
 licæ Clericus, Romanæ Urbis Præses,
 Ferrariæ Legatus, ac demum Cardi-
 nalis renuntiabatur. Obiit autem Ro-
 mæ die sexta Decembris anno ætatis
 suæ quadragesimo octavo.

§. LXIV.

Sæc. XVII.
A. C. 1660.

§. LXIV.

*Octo Cardinales ab Alexand. VII
Papa creati.*

*Ciacon. in
vita Alex.
VII.*

Vacantes horum Sedes Alexander VII hoc anno suppleverat tribus aliis Cardinalibus, quos quidem jam anno triennium selegit, sed non nisi hoc anno die quinta Aprilis promulgavit. Horum primus erat Volumnius Brandinellus ex Patriarcha Constantinopolitano Presbyter Cardinalis. II. Odoardus Vecchiarellus Auditor Apostolicus & Cardinalis Diaconus tit. SS. Cosmæ & Damiani. III. Jacobus Fransoni, Presbyter Cardinalis: præter hos Pontifex eadem die alios quinque Presbyteros Romana decoravit Purpura, & primos quidem quatuor Presbyteris Cardinalibus, ultimum vero Diaconis descripsit. Erant autem sequentes. I. Franciscus Guilielmus Comes de Wartenberg. II. Petrus Vidonus Cardinalis tit. S. Callisti. III. Gregorius Barbadicus tit. S. Thomæ in Parione. IV. Paschalis de Aragonia, tit. S. Balbinæ. V. Franciscus Maria Mancinus Cardinalis Diaconus tit. SS. Viti & Modesti.

§. LXV.

Sæc. XVII.
A. C. 1660.

§. LXV.

Pretiosa mors S. Vincentii a Paulo.

Vitæ suæ finem beata morte hoc anno imposuit S. Vincentius a Paulo. *Heliot Hist. des Ordr. Mem t. 8. pag. 65. Abely vie de S. Vinc.*
 Hic Anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo sexto die vigesima quarta Aprilis Podii prope Aquas Tarbellicas natus profundam eruditionem cum vitæ innocentia conjunxit: Sacerdotio initiatus ac doctoratus laurea decoratus, Tolosæ publice Theologiam profitebatur, inde vero Massiliam profectus, cum Tolosam maritimo itinere rediret, a Turcis Piratis captus in Africam abductus est, ubi quemdam Christianæ fidei desertorem patria Nicensem, cui divenditus erat, Christo rursus lucrificavit, & cum eo ex captivitate Avenionem venit; inde Parisios delatus, instituendis Filiis Emanuelis de Gondy Gallicarum Triremium Præfecti operam dedit; quadam autem die ad infirmum quemdam rusticum evocatus, illum ad exactam præteritæ juventutis & ætatis accusationem tanto spiritus fervore permovebat, ut ipsemet infirmus se gravissima scelera ex verecundia dudum celasse, coram adstantibus ipsaque dicti Præfecti uxore palam profiteatur: Hæc vero, cum plu-

Sæc. XVII. plures ex suis subditis tam horrendi
A. C. 1660. sacrilegii contaminatos fore vereretur.

Vincentium rogabat, ut suæ ditionis
incolâs ad universæ prioris vitæ notæ
sincere detegendas hortaretur: id quo-
que Vincentius tanto animarum pro-
ventu præstitit, ut se totum evange-
lizandis pauperibus sacrare decerneret,
& accitis Apostolici hujus laboris sociis
Congregationem sub nomine Presbyte-
rorum sæcularium Missionis institueret,
quæ eo adhuc vivente per Franciam,
Italiam, Sæbaudiam, Poloniam & Afri-
cam in triginta Domos extensa, postea
ab Urbano VIII. Mense Januario sub no-
mine hujus sæculi trigesimum secun-
dum Apostolica Constitutione, à
Ludovico XIII. Galliarum Rege descripta
post annis Regio diplomate confirmata
est. Interim vero Vincentius plurima
Clericorum Seminaria, Matronarum
& Virginum cætus erexit, nilque es-
set prætermisit, quæ vel ad restau-
randam Cleri disciplinam, morum cor-
rectionem, vitæ perfectionem, vel sub-
levandas pauperum, peregrinorum
aut captivorum miseras conduce-
rederet. Obstiterat etiam non minus
animi fortitudine quam prudentia &
moderatione erroribus Jansenii a Papa
damnatis, ipsius etiam, quos deceptus
noyerat, ad veritatis semitam monitis
pro-

Vid. supra
l. 199. §. 99.
t. 60. &
pag. 716.

precibus & rationum momentis redūcere adlaborabat: Tandem vero Vincentius meritis annisque plenus die vigesima septima Septembris anno ætatis suæ octogesimo quinto Parisiis placidissime obdormivit in Domino, quem vitæ sanctitate, & miraculis insignem Clemens XII. die decima sexta Junii anno post Christum natum millesimo septingentesimo trigesimo septimo Sanctorum Albo inscripsit. Verum anno sequenti die quarta Januarii Parisiense Parlamentum hujus Canonisationis Bullam supprimi, & illa Senatus decreta, quibus Bullam a Parlamento nondum acceptatam exequi inhibitum, executioni mandari præcepit, eoquod in hac Clementis Constitutione plenitudo Pontificiæ potestatis in causis Ecclesiæ, & præsertim doctrinæ, necnon cæca obedientia erga Pontificum decreta, nimium extolli crederetur.

§. LXVI.

Quorundam Scriptorum Catholicorum opera & obitus.

Hunc quaque annum vitæ suæ exitialem habuere ex Scriptoribus Catholicis nonnulli, quorum opera recensere, & primo quidem Joannes Jacobus Chiffletus edidit *Vindicias Hispani-*

Dupin nouv. Bibl. des Auth. t. 17. pag. 270. Barthol Dissert. de lat. Christi.

Sæc. XVII. spanicas, Historiam Vesuntinæ civita-
 A. C. 1660. tis, & hujus Urbis Archipræsulum,

Historiam aurei velleris, tractatum de
 linteis sepulcralibus Christi Salvatoris,
 & de loco legitimo Concilii Eponen-
 sis, Anastasin Childerici Regis, tra-
 ctatum de Ampulla Rhemensis unacum
 sermone de consecratione Regum, Con-
 cilium super administratione Sacramenti
 Pœnitentiæ, & Eucharistiæ sceleratè
 deneganda, præter stemma Austric-
 cum. II. Carolus Hersent scripsit tra-

Vid. supra ctatum sub nomine Optati Galli de ce-
t. 60. l. 199. vendo schismate: Hujus Ecclesiasticis
§. 118. p. 381. fata jam supra retulimus. III. Jo-
 nes Chumacero præter plurima alia ty-
 pis edidit dodecadem selectarum dis-
 sertationum Juris. IV. Laurentius

Angelus Espin elucubravit consulta va-
 ria Theologica, juridica, moralia &
 Historica. V. Joannes Baptista Pozza

Vid. supra Jesuita scripsit elucidarium Deipara-
t. 59. l. 197. sed hunc librum ab Inquisitione
§. 34. p. 108. fuisse damnatum, jam alibi men-
 nimus, edidit tamen postea idem Au-
 thor libellum supplicem ad Urban. VIII.
 pro suo Elucidario: Votum Platonis
 & tractatum de examine doctrinarum.
 VI. Joannes Schukig itidem Jesuita
 posteris reliquit Lucernam fidei, Me-
 curium orthodoxum pro Purgatorio,
 instructionem Theologicam contra Tre-
 molien

molienses, & tractatum de Incarna- Sæc. XVII.
 tione contra eosdem. VII. Alphon- A. C. 1660.
 sus de Flores ex eadem Societate scri-
 psit commentaria in Caput XXIV. Ec-
 clesiastici, tractatum de agone Martyrii
 præter alia. VIII. Angelus Paciuchel-
 lius ex Ord. FF. Prædicatorum elucu-
 bravit lectiones Morales in Jonam, di-
 scursus in Passionem Domini, exposi-
 tionem in epistolam D. Pauli ad Roma-
 nos, & in Psalmum LXXXVI. necnon
 in Magnificat, & Salve Regina, præ-
 ter tractatum de Patientia & poeniten-
 tia. IX. Franciscus Maria de Samuelis
 ex eodem Ordine scripsit disputationes
 controversiæ de Canonica electione in
 regularibus Prælatiis, item de regula-
 ribus & Monialibus, & de Regularium
 Privilegiis, necnon de pace in scriptis
 præstanda inimico veniam petenti, præ-
 ter viridarium rerum novarum selecta-
 rum, & praxin novam in Ecclesiasticis
 sepulcris. X. Xantes Mariales pariter
 Dominicanus edidit controversias ad
 summam D. Thomæ, Bibliothecam in-
 terpretum ad eandem, quæstiones di-
 sputatas, præter nonnulla alia.

§. LXVII.

*Protestantium Scriptorum decessus,
 eorumque lucubrationes.*

Hist. Eccles. Tom. LXII.

Qq In-

Sæc. XVII. Inter A catholicos Scriptores, qui hoc
A. C. 1660. anno mortalitatem exuerunt, em-

*Wood Ath.
 Oxon. Fre-
 her Theatr.
 erud.*

nuere I. Thomas Powell, qui tractatum Catecheticum de oratione Dominica, Symbolo Apostolico, ac Decalogo ad posteros transmisit. II. Joannes Frimelius edidit Evangelicam fidem probam, Dissertationes de Cælo Beatorum, de legitima vocatione Lutheri, & de Verbo Dei scripto, præter Wittenbergam a Calvinismo liberatam. III. Joannes Salkeld, qui diu Jesuita, postmodum Apostata factus, scripsit tractatum de Angelis, Paradiso, & ejus delitiis. IV. Robertus Dinning prælo subjecit Disputationem Angelorum, splendorem Messiae, optica uina, aliaque nonnulla. V. Henricus Hammondus elucubravit præter Paraphrasin & notas in Psalmos, Dissertationes de Antichristo, de Episcopatus juribus, & de confirmatione vel Baptismo necnon controversias in Ecclesia Anglicana. VI. Eduardus Gæe edidit Jus Divinum, & originem Magistratus civilis de Deo, & tractatum de precibus, & Divina providentia. VII. Joannes Hainlinus scripsit chronologiam Mysticam, ejusque veridicias, clavem Sacrorum temporum, propositiones chronologicas, Refutationem argumentorum, quibus Protestantes

tificii Lutheranismum impugnant. Sæc. XVII.
 VIII. Christophorus Althoferus edidit A. C. 1660.
 Anti-Becmannum, Abyssum despera-
 tionis Pontificiæ, Speculatorem Anti-
 Calvinianum, Cynosuram veræ Reli-
 gionis, Harmoniam Evangelistarum,
 & Commentaria in Epistolas D. Pauli
 ad Ephesios. IX. Jacobus Mathiæ ad
 prælum promovit tractatum de recte
 tradendis disciplinis & Artibus, & de
 usu Philologiæ in omni studiorum ge-
 nere, præter exilium pietatis.

§. LXVIII.

Principum atque Illustrium extrema.

Præter Ragotsium Transylvaniæ Prin-
 cipem, Hode vie de Louis XIV. lib. 23. cujus fata sparsim descri-
 ptimus, inter Principes obiit hoc an-
 no Carolus Gustavus Sueciæ Rex, qui
 tempore, quo Gottemburgi comitia
 Ordinum habebat, lætumque Nuntium
 de Kaggæi exercitu in intima usque
 Norvegiæ penetrato acceperat, in fe-
 brin incidit, auctoque indies morbo
 die vigesima tertia Februarii anno æta-
 tis trigesimo septimo cum trimestri de-
 cessit, relicto Carolo Filio suo quin-
 quenni, quem ex Eleonora Hedwige
 Coniuge sua susceperat. Princeps erat
 minus animi fortitudine, quam teme-
 ritate & audacia nominatus, & inter
 Qq 2 pau-

Sæc. XVII paucos maximus, si ipsius ausus et
A. C 1660. prospero fortunæ successu metiri licet,
 ceterum Catholicis erat infensissimus,
 nunquam magis acceptus, quam post
 ejus obitum; tum enim pax inter Po-
 lonos & Suecos per Imperatorem
 Franciæ Regem conciliata, in Mon-
 sterio Præmonstratensium, quod ab Olim
 nomen habet, die octava Junii utri-
 que firmata est, cum Cæsar inito cum
 Brandenburgicis foedere & Batavi jam
 in Suecos irruere pararent. Com-
 perta Regis morte Christina olim Sue-
 ciæ Regina, ut Regni comitiis intro-
 esset, eo ab Ordinibus revocata est,
 quæ quidem die decima octava Augusti
 Hamburgum, & inde in Sueciam de-
 lata, paulopost tamen Romam reversa
 est, eo quod Proceres illam ad euan-
 gelicam fidem Catholicam importunis,
 incassum tamen, sollicitassent.

Eadem die, qua Aquis sextis Pro-
 renæa pax fuerat promulgata, Galie
 Aurelianensis Dux Ludovici XIII. Fran-
 ciæ Regis Frater Blesis die secunda
 Februarii anno ætatis suæ quinquage-
 simo secundo e vivis excessit. Prin-
 ceps erat ingenii acie, & linguæ pro-
 ptitudine insignis, nimium tamen
 voluptates & factiones proclivis, &
 quævis magna audacter audenda,
 intrepide perficienda paratus: nata
 Franciæ

Fratri suo ejusque Ministris semper su- Sæc. XVII.
 spectus, raro in Aula, semper ferme in A. C. 1661.
 exilio, vel in exteris regionibus morari
 visus est. Decessit pariter hoc anno
 Mense Augusto Maria Mantuæ Ducif-
 sa, & Eleonoræ Imperatricis Viduæ
 Mater, quæ ex Austria, ubi Filiam
 suam inviserat, Mantuam reversa, &
 morbo senioque confecta pientissime
 obiit. Die etiam vigesima Octobris
 Henricus Stuartus Glocestriæ Dux,
 postquam cum Carolo II. Angliæ Rege
 Fratre suo lætus Londinum ingressus
 erat, variolis infestatus, nonnisi vi-
 ginti annos natus non sine maximo
 probe sententium luctu Regni que dam-
 no vivis ereptus est. Denique Josephus
 Maria Sanfelicius Cosentinus Episcopus
 & Innocentii atque Alexandri Pontifi-
 cum Apostolicus ad Rhenanos Nuntius
 mundanis rebus Cosentiæ Mense No-
 vembri valedixit. Erat sane Vir integerr-
 mus, ab omni ambitione alienus, quietis
 cupidissimus, & Ecclesiasticorum jurium
 tenacissimus.

§. LXIX.

*Versio Gallica Missalis Romani in
 Gallis prohibita.*

Jam ante biennium Parisinis literis Argentre
 excusus circumferebatur Gallicus coll. Jud.
 Qq 3 libel- t. 3. p. 81.

Sæc. XVII. libellus sub hoc titulo: *Preces matutinae
A. C. 1661. & serotinae ad Christianæ familiæ usum
ex Ecclesiæ precibus depromptæ unacum
synopsi vitæ Christianæ, & quodam opusculo
de devotione & pœnitentia, Ant. Lavallio:* cum autem in hoc libello
ullius Episcopi auctoritate impresso, que in vulgus sparsa multa falsa &
furda contineri, nonnullis videretur, de
deque dissensiones, magnaue populi
scandala orirentur, hinc sacra Theologiae
Facultas a Viris probis rogata, anno hujus sæculi sexagesimo primo
die quarta Novembris hæc preces libello
discussit, censuitque in hoc libello
multa esse inepte & mala fide tradita, multa
ambigua, quæ sapiunt hæresin, & in
inducunt, quantum ad doctrinam sacra-
torum, præsertim Confirmationis & Eucharistice,
renovantque opiniones recentiorum
natas de gratia, libero arbitrio, & aliis
rebus humanis.

Cum autem anno priori Voysin
Sacerdos ac Theologiæ Doctor Missarum
Romanum juxta Tridentini, ut a Concilio præscriptum unacum
Missarum explicatioe in Gallico
idioma ex latino transtulisset, hæc
que versionem quidam Facultatis Theologiae
Parisiensis Magistri approbasset, inde
gravis exorta est contentio; primo quidem eadem Facultas
Mag

Magistris hanc versionem approbandi facultatem dedisse in simulata, declarabat, se nunquam intendisse cuiquam suorum dare Licentiam approbandi ullam versionem sacrorum Bibliorum, Breviariorum, Ritualium, Missalium, sive librorum quorumcunque de officio Ecclesiastico, aut precibus arbitrariis sine Episcopi Authoritate in lucem emissis.

Sæc. XVII.
A. C. 1661.

Quod autem spectaret ad Missale Gallice nuper typis excusum, præferens ejus approbandi licentiam a facultate datam, tantum absit, ut eam unquam alicui concesserit, cum petita tantum fuerit Licentia approbandi: *Explicationem Missarum totius anni, non vero ullam Missalis Gallicam versionem:* quia potius eam petenti licentiam haud dubie denegasset, imo datam a quocunque suorum versionis illius approbationem non possit non improbare, uti & præsentis declaratione improbarit, sicut Magistris Breviarii Romani versionem approbandi Licentiam postulantibus denegarit anno 1655. & datam ab aliis pro novi Testamenti versione approbationem improbarit anno 1649.

Ea de causa Facultas quatuor e suis nominavit, qui Ecclesiæ Gallicanæ Episcopos Parisiis congregatos adirent, monerentque, quantum ab ejusmodi versionibus sacra facultas abhorreat,

Qq 4

quam-

Sæc. XVII. quamque religiose semper inhærerit ve
A. C. 1661. stigiis majorum, qui pullulantibus sa-
 periorum sæculorum novitatibus obli-
 stendo pruriginem illam subinde rena-
 scentem, & aliquorum animis nimium
 insitam, Sacra Biblia & officia Eccle-
 siastica in quamcunque linguam ver-
 tendi prædamnarunt. In hujus rei te-
 stimonium Facultas produxit censuram
 jam anno Christi millesimo quingente-
 simo vigesimo septimo in Erasmum pro-
 nuntiata, eo quod hic promiscuam Sa-
 cræ Scripturæ in linguam vulgarem
 versæ lectionem approbasset. Postmo-
 dum idem Missale quibusdam Theolo-
 giæ Magistris examinandum tradidit,
 qui plurimas propositiones inde excep-
 tulerunt, ac tandem die prima Aprilis
 retulerunt, *hunc librum non modo in fi-
 delium institutionem prorsus ineptum, sed
 & perniciosum esse, utpote cujus expo-
 sitiones aliunde adscitæ, ambigæ, rudes
 indigestæ, vel ad textus sensum appropin-
 que non sunt, vel passim ipso textu difficiliores,
 magisque obscuræ, ac severa animadvertenda
 dignæ.* Percepto horum judicio, et
 que maturius discussa die prima Apri-
 lis censuit sacra facultas, in eo *Missali*
 ut verba sonant, contineri errores contra
 sanam doctrinam de Christo, de spiritu sancto,
 de gratia, & libero arbitrio, de sacramen-
 tis, præsertim Baptismi & penitentia

aliisque capitibus, & multas versiones in-
 eptas ac falsas aliquas etiam, quæ textui
 latino, tum addendo tum detrahendo indu-
 cunt in opiniones olim & recenter con-
 demnatas.

§. LXX.

*Eadem versio a summo Pontifice
 interdicta.*

Pari Zelo jam antea Præsules in ge-
 neralibus Cleri Gallicani comitiis
 congregati Parisiis hanc Romani Mis-
 salis versionem improbarunt, ac die
 septima Januarii datis ad Alexandrum
 VII. Papam literis eundem desuper
 certiozem reddiderunt. Acceptis Epi-
 scoporum literis Pontifex præfatam
 versionem damnavit, die duodecima
 ejusdem Mensis promulgato sequenti
 decreto:

*Collect.
 Adth. vers.
 Script. p. 72.
 Bull. magn.
 Alexan. VII.*

„Ad aures nostras ingenti cum a-
 „nimi mœrore pervenit, quod in Re-
 „gno Gallix quidam perditionis filii in
 „perniciem animarum novitatibus stu-
 „dentes, & Ecclesiasticas sanctiones
 „ad praxim contemnentes, ad eam
 „nuper vesaniam pervenerint, ut Mis-
 „sale Romanum latino idiomate longo
 „tot sæculorum usu in Ecclesia probato
 „conscripsum, ad gallicam vulgarem
 „linguam convertere, sicque conver-
 „sum

Qq 5

Sæc. XVII. „sum typis evulgare, & ad cuiusvis
 A. C. 1661. „Ordinis & sexus personas transmi-
 „tere ausi fuerint, & ita sacrosancti
 „ritus Majestatem latinis vocibus com-
 „prehensam dejicere & proterere, ac
 „sacrorum Mysteriorum dignitates
 „vulgo exponere, temerario conatu
 „tentaverint. Nos, quibus licet in
 „meritis Vineæ Domini Sabaoth
 „Christo salvatore nostro plantatæ, &
 „jusque pretioso sanguine irrigatæ
 „ra demandata est, ut spinarum ejus-
 „modi, quibus illa obrueretur, obvio-
 „mus incremento, earumque, quæ
 „tum in Deo possumus, radices lucu-
 „damus, quemadmodum novitatem
 „istam perpetui Ecclesiæ decoris de-
 „formatricem, inobedientiæ, temerari-
 „tatis, audaciæ, seditionis, schisma-
 „tis, aliorumque plurium malorum
 „civilem productricem abhorremus & de-
 „testamur, ita Missale præfatum gra-
 „eco idiomate a quocunque concilio
 „scriptum, vel in posterum alias quomodo-
 „libet conscribendum & evulgandum
 „motu proprio, & ex certa scientia
 „ac matura deliberatione, perpetuo
 „damnamus, reprobamus; &
 „interdicimus, ac pro damnato, re-
 „probato & interdicto haberi volumus
 „ejusque impressionem, lectionem, &
 „retentionem universis & singulis utriusque
 „usque

Sæc. XVII.
A. C. 1661.

„usque sexus Christi fidelibus cujus-
 „cunque gradus, Ordinis, conditio-
 „nis, Dignitatis, honoris & præemi-
 „nentiae, licet de illis specialis & in-
 „dividua mentio habenda foret, existant,
 „sub pœna excommunicationis latæ
 „sententiæ ipso jure incurrendæ per-
 „petuo prohibemus; mandantes, quod
 „statim, quicumque illud habuerint,
 „vel in futurum quomodocunque habe-
 „bunt, realiter, & cum effectu exhi-
 „beant, & tradant locorum ordinariis,
 „vel inquisitoribus, qui nulla interpo-
 „sita mora exemplaria igne combu-
 „rant, & comburi faciant, in contra-
 „rium facientibus non obstantibus qui-
 „buscunque.,

Pariter ad Cleri Gallicani episto-
 lam idem Pontifex die septima Februa-
 rii sequens dedit responsum:

„Accepimus literas a vobis, die
 „septima Januarii scriptas, & in eis in-
 „signiter expressum pastoralis vigiliæ
 „studium, quo vestrarum Ecclesiarum
 „regimini, & præsertim conservandæ
 „puritati veteris disciplinæ, & antiqui
 „moris, incumbitis, non sine paternæ
 „mentis gaudio perspeximus. Est enim
 „profecto sapiens filius corona Patris,
 „nec alia ex re ulla majorem in tantis
 „Pontificiæ curæ molestiis consolatio-
 „nem haurire possumus, quam ex tam
 „ama-

Sæc. XVII., amatorum filiorum in Dei & Ecclesiæ

A. C. 1661., sanctæ causæ impensis cogitationibus & operibus, Porro præcipuum

„Zelus, quem in comprimendis, ve

„in ipso exortu cunctis ab universis

„Ecclesiæ consuetudine quoquo modo

„alienis abusibus profiteremini, eximie

„certe laude dignissimus est; hunc

„nim si sacri Præfules diligenter adhibeant,

„Apostolico deposito custodiant,

„suas ecclesias ab omnibus prophanis

„& perniciosis demum integritatis

„splendorem illibatum usque servent,

„& penitus asserere poterunt. Quod

„autem speciatim ad nuperam in vestra

„garem linguam translatis Missalis editionem

„pertinet, optatis piis vestra

„apostolica sollicitudine & cura etiam

„ante literas vestras acceptas iam satisfactum

„fuisse plane gaudemus: Nam ubi primum

„ea res a nobis isthinc edita fuit, illi statim

„obviam iterum expressa nostri brevis animadversio

„quod ex eorum diplomate melius cognosci

„poterit, quare studium vestrum in hac etiam

„re valde commendamus, utque constanter idem

„retinere omnibus in rebus ad vestrarum Diæcesium

„gubernium pertinentibus in Dei gloriam, &

„Domus ejus decorem in diebus magis enitami

„ni etiam atque etiam vos hortamur, idque non eo

„solummodo, sed etiam quod

CCIV.

„quod tam egregie currentibus, aliis Sæc. XVII.
 „quam virtutis propriæ calcaribus opus A. C. 166.
 „esse credamus, sed ut muneris nostri
 „debito, & simul pietatis filialis devo-
 „tioni vestræ, quam officiis paternis
 „etiam in hac re carere nolle scimus,
 „satis superque fiat. Cæterum omnia
 „planius, ex Venerabili fratre Archi-
 „episcopo Cæsareæ Apostolico Nuncio
 „nostro & laudum vestrarum apud nos
 „assiduo teste coram intelligetis. In-
 „terim religiosis laboribus vestris pro-
 „pitium & Retributorem Deum ex cor-
 „de rogamus, Apostolicamque bene-
 „dictionem vobis dilecti filii nostri, Ve-
 „nerabiles fratres, ac dilecti filii per-
 „amanter impertimur.,,

Insuper die decima sexta Januarii
 Ludovicus XIV. Galliarum Rex hanc
 versionem edicto regio supprimi iussit,
 indictisque pœnis inhibuit, ne illa ut-
 pote *nova & Ecclesiæ praxi contraria*
 venderetur aut emeretur.

§. LXXI.

*Præfulum Gallorum consultatio de
 mediis extirpandæ sectæ
 Jansenianæ.*

Die decima tertia Mensis Decembris Hist. des
 anno priori Ludovicus XIV. Gal- cing. prop.
 liarum Rex Episcopos comitorum Præ- l. 3. p. 181.
 fides

Sæc. XVII. fides convocabat, eisdem declarans
 A. C. 1661. optare se, ut magis opportuna extre-
 pandæ sectæ Jansenianæ media excogitarent, se suæ conscientiæ honoris,
 & publicæ salutis legibus obstringi, ut
 eos, qui benignitate flecti nolunt, veritate compelleret, librosque hæc
 hæresin sapientes supprimeret. Ignota
 Harlæus Rothomagensis Archiepiscopus quarto post die Episcopos, qui comitiis non intererant, congregavit.
 Regis mandatum eisdem exposuit. Habitis ergo sex Sessionibus discussis, libellis contra Formulam editis tandem
 Petrus de Marca Tolosanus Archiepiscopus ceterorum nomine declarabat, die
 prima Februarii communi omnium consensu decretum fuisse, nil esse, quam si omnes totius Regni Gallicani formulæ fidei, ut orthodoxi ab hæreticis discernerentur, juxta Innocentii X. & Alexandri VII. decisionem subscribere tenerentur, refractarii autem ab Archiepiscopis & Episcopis suis pro hæreticis haberentur, poenis hæreticos sancitis multandi, illi vero qui contra Pontificum Constitutiones calamos suos acuerunt, non modo subscribere, sed & errores suos retractare juberentur. Huic Præsulum decreto subscribere quadraginta quinque Archiepiscopi

chiepiscopi, Episcopi, & octodecim Sæc. XVII.
 secundi Ordinis Deputati. A C. 1661.

§. LXXII.

*Decretum S. Facultatis Theologicæ
 super Formula fidei.*

Hoc igitur decreto ab omnibus approbato Præsules illud per Henricum de la Mothe Rhedonensem, & Harduinum Perefixium Rhutenensem Episcopum die secunda Maji ad Facultatem Theologicam Parisiensem transmissere, unacum Regis epistola, qua significatum, quod Rex ad Facultatem transmitteret fidei formulam a Clero Gallicano præscriptam pro stabilienda executione Constitutionum Innocentii X. & Alexandri VII. Perlecta igitur publice hac fidei formula, lectis item Regiis ad Facultatem literis, & audita Rhedonensis Episcopi eloquentissima oratione de ampliore Regiæ mentis declaratione, his denique omnibus expensis, & in maturam deliberationem adductis, omnium, qui centum triginta duo tunc aderant, Magistrorum concordibus omnino suffragiis declaravit sacra Facultas, prædictam fidei formulam, & formulæ subscriptionem sibi maxime probari, cum hæc formula non aliam fidei definitionem contineat, quam

Sæc. XVII. A. C. 1661. VII. quam quæ Innocentii X. & Alexandri VII. constitutionibus comprehensa esset, sitque ejusmodi subscriptio convenientissimus modus, & validissima ratio mandandi executioni Pontificis illas constitutiones ad obsistendum novæ doctrinæ ac sectæ, jamque dudum Facultas utramque Constitutionem receperit; hanc quidem Alexandri VII. die quarta Aprilis anno 1657. Illam vero Innocentii X. prima Augusti 1659. Insuper etiam die prima Septembris contra refractarios exclusionis a Facultate pœnam pronuntiavit, aliam vero prædictarum tam constitutionum quam formulæ doctrina tota sit ab antiquo mera, constansque Facultatis ipsius sententia, & subscriptionum alius jam pridem sit in Facultate receptus, & ab eadem etiam in simili sæpius occasione præceptus, ac novissime in damnatione secundæ Magistri Antonii Naldi epistolæ, ubi de hac ipsa, quæ nunc occurrit, materia agebatur. Quæ circa sacra Theologiæ Facultas unanimi Consensu decrevit. huic fidei formulæ subscribendum esse ab omnibus pari modo, & sub iisdem pœnis, quibus voluit censuram prædictæ Arnauld epistolæ ab omnibus subsignari. videlicet, ut nemo posthac vel a Doctoribus ad comitia, & alia quævis

jura ad Facultatem pertinentia, vel Sæc. XVII.
A. C. 1661.
 ex Licentiatis & Baccalaureis ad ul-
 los actus Theologicos, sive ad dispu-
 tandum, sive ad respondendum, vel e
 Theologiæ Candidatis ad supplicandum,
 ut ajunt, pro primo cursu, aut de Ten-
 tativa respondendum admittatur, nisi
 prius huic quoque fidei formulæ sub-
 scripserit. Rogavit demum Theologica
 Facultas præsentis Illustrissimos Præ-
 sules, ut unacum frequenti doctorum
 numero, Facultatis nomine ipsi Chri-
 stianissimo Regi gratias agerent pro ea,
 quam erga se testari dignatus est, bene-
 volentia, & de tanto orthodoxæ fidei,
 atque avitæ Religionis tuendæ studio
 gratularentur.

§. LXXIII.

*Oppositiones contra Cleri Gallicani
decretum.*

Vix præfatum Cleri Gallicani Decre-
 tum fuerat promulgatum, cum il-
 lico a Jansenii fautoribus quamplurimi
 opponerentur libelli, ac primo quidem
 typis vulgabatur hoc anno scriptum
 quoddam sub hoc titulo: *Difficultates
 generali Cleri Gallicani conventui propo-
 sitæ super ejus deliberationes circa formu-
 lare.* In hoc libello Auctor Præsules
 carpebat, quod propositiones esse Jan-
 senii,
Hist. Eccles. Tom. LXII. Rr

*Recueil des
 Aff. du
 Clergé t. I.
 § 2.*

Sæc. XVII. Jansenii, tanquam fidei articulum pro-
 A. C. 1661. fuerint & decisionem fidei in hac for-
 mula contentam in eo consistere de-
 clararint, quod hæc propositiones in Jansenii
 Jansenii sint damnatæ, quodque hæc for-
 mula sit signum Orthodoxos ab hære-
 tics distinguendi, & quæstionem in-
 cum quæstione juris confuderint, ac Jansenistas
 vocarint hæreticos: Præterea
 Episcopis Auctor opponebat, quod me-
 dia ab eis ad extirpandam existimantem
 Jansenii sectam sint inepta, & per hæc
 præsentis controversiæ sopiri non possunt
 sint, clare, quid nomine, sensus Jansenii
 Jansenii intelligant, non explicarint, contra
 Pontificis mentem egerint, quæstionem
 invehere moliti sint, appellationes ad
 Parlamentum prohibere intenderint,
 ceterosque Episcopos quæstionem
 niendi auctoritatem sibi usurpantes.
 Hæc pluraque alia Author fufius adducebat,
 tandem Clerum obtulit, ut Jansenii sensum,
 & quænam sit Jansenii hæresis, clarius
 explicare vellet.

Eodem anno alius prodiit libellus
 in quo Author pluribus exponit, quomodo
 ad sopiendas hæc controversias, optimeque
 solidam Ecclesiæ reddendam nonnisi duo
 æqua & legitima superflua media, scilicet
 silentium, & clara explicatio, quisnam sit
 Jansenii sensus, qualibet propositione & ubinam
 Jansenii sensus sit.

senius damnatos hos sensus tradiderit: Sæc. XVII.
A. C. 1661.
Silentium vero in hoc consistere arbitrat^{ur} Author, ut a fidelibus non plus exigatur, quam quod condemnent quinque propositiones omnesque sensus & dogmata, quæ Pontifices & Episcopi in illis damnarunt in quocunque demum libro vel loco inveniantur, non autem fide interna credere adstringantur, quod hæc dogmata hæretica in tali vel tali libro contineantur.

§. LXXIV.

Nova dissidia circa hujus formulæ acceptionem a Vicariis Parisiensibus suscitata.

Cum ipsemet Rex omnes Archiepiscopos & Episcopos, ut Cleri decretum de subscribenda fidei formula executioni darent, edito diplomate die decima tertia Aprilis impensius hortaretur, præprimis Contes & Hodencus Vicarii Generales Cardinalis de Retz Archiepiscopi Parisiensis tum absentis præfatum decretum executioni mandari jusserunt, ac die octava Junii hanc in rem literas encyclicas divulgant: in his vero inter alia adjecerunt hæc verba Pontificum declarationi contraria: *tempore Innocentii X. (Romæ) nil aliud fuit actum, quam ut sciretur, an*
Rr 2 *quin-*

Sæc. XVII. *quinque propositiones essent falsæ ac hære-*
 A. C. 1661. *ticæ, an vero Catholicæ: postquam vero*
 huic formulæ subscribi præceperunt
 velut hanc legem explicantes addide-
 runt: ad tollendum omnem prætextum dis-
 sputationum, & contentionum in futuro
 super his quæstionibus, & uniendos spi-
 ritus, ordinamus, & injungimus, ut qua-
 tum ad facta, per constitutiones decisæ,
 in formulari contenta, spectat, omnes per-
 severent in pleno respectu, & sincera con-
 sultatione, quæ debetur dictis constitutionibus,
 atque ut subscriptio, a singulis facta,
 sit testimonium, promissio, & assertio
 publica & inviolabilis, per quam se obligent
 (ad illam venerationem) sicut est testi-
 monium suæ fidei, præstandæ discipulis
 fidei.

Huic mandato omnes Parochi Pa-
 risienses subscripserunt, illudque ma-
 gnis extulerunt elogiis, displicuit ve-
 tem hæc Vicariorum explicatio Cæ-
 Gallicano, eo quod hi Vicarii haud ob-
 scure inter factum & jus distinguere
 & decisionibus fidei fidem præstare
 circa factum autem non nisi veneratio-
 nem, seu silentium obsequiosum, ad-
 aiebant Jansenistæ, haberi deposcerent.
 Eapropter Præsules die vigesima februarii
 Junii Regem accesserunt, adversus hoc
 Vicariorum mandatum questi Rex
 tur hocce Vicarios adesse jubens, Præsules

fulibus præcepit, ut eorum mandatum Sæc. XVII.
discuterent, atque in Senatu desuper A. C. 1661.
referrent, interim vero formulæ juxta
hoc mandatum non subscriberetur:
Præsules autem habita deliberatione
censuerunt, hanc Vicariorum exposi-
tionem utrique Constitutioni Pontificiæ,
qua Jansenii doctrina in ejus libro con-
tenta fuit aperte damnata, esse con-
trariam, ac propterea illorum manda-
tum esse irritum, & ad tollendam Ca-
tholicorum offensionem, esse protinus
revocandum. Hanc Episcoporum sen-
tentiam Rex die nona Julii singulari
decreto executioni mandari jussit. Tum
vero mox in Vicariorum defensionem
plures prodire libelli, atque inter eos
præcipue unus, cui titulus: *Defensio
mandati Vicariorum Generalium pro sub-
scriptione formulæ.* Alius vero sub hoc
titulo: *Æquum judicium de præsentibus
controversiis ad evitanda temeraria & pec-
caminosa judicia.* Tertium hunc præ-
ferebat titulum: *Monitum ad Franciæ
Episcopos circa molimina quorundam, qui
ad labefactandum Vicariorum Generalium
mandatum Pontificem circumvenire molun-
tur,* ubi Author exponit, quod quam-
vis summus Pontifex nunquam Janse-
nii sensum aperte sit explicaturus, nec
Jansenii factum ad jus pertinere, aut
ab eo inseparabile esse, unquam as-

Sæc. XVII. ferturus sit, merito tamen sit timen-
 dum, ne adversariorum artibus de-

A. C. 1661. re-
 dolis circumventus, in suo Breui non
 sine Vicariorum injuria pronuntiet: nu-
lorum mandatum pessumdare Constitutiones
Apostolicas, Et quicquid hætenus contra
Jansenium, ejusque fautores actum est,
aut, hoc mandatum per distinctionem
Et facti Constitutiones Apostolicas illud.

Postquam vero Piccolomineo Sæc.
 Apostolicæ in Galliis Nuntio innotu-
 rat, Vicariorum mandatum a Clero
 Gallicano fuisse rejectum, mox de
 per summum Pontificem certior em
 didit: nec suis quoque partibus desere
 Vicarii, qui præprimis in sua ad Car-
 dinalem Julium Rospilosum epistola
 garunt, ut ipsis ad sui defensionem alle-
 gata contra eorum mandatum communi-
 carentur, ne inauditi a Papa commu-
 nentur, postea datis ad Papam
 literis præprimis querebantur, quod
 pauci Episcopi, unacum quibusdam
 Sacerdotibus & Clericis fidei prote-
 ctionem condendi, & Episcopis Contro-
 versis suis eam recipiendi, pœnas
 comminandi auctoritatem sibi arrogari
 dein pluribus demonstrare nitebantur,
 quod nec ob distinctionem inter factum
 & jus, nec propterea, quod sub Inno-
 centio X. a Theologis duntaxat que-
 stionem juris fuisse agitatam dixerint,
 reprob-

reprehensione digni essent: nihilomi- Sæc. XVII.
 nus tamen summus Pontifex ad hosce A. C. 1661.
 Vicarios die prima Augusti sequentes
 dedit literas:

„Dilecti Filii, salutem & Apostoli-
 „cam benedictionem. Non sine ma-
 „gna profecto admiratione, justo animi
 „dolore, quo paterna viscera commo-
 „ventur, publicatum vestro nomine
 „die quinta Junii anni hujus, edictum
 „perlegimus. In quo sane in primis
 „non minus temeraria, quam mendaci
 „narratione profertur tempore felicis
 „recordationis Innocentii X. non aliud
 „actum fuisse, quam inquisitum, an
 „propositiones illæ quinque de gratia
 „veræ & Catholicæ, an potius falsæ
 „& hæreticæ censendæ forent. Cum
 „eo plane tempore nedum de proposi-
 „tionibus ipsis cognitio habita fuerit,
 „verum quod e *Jansenii* libro *Augusti-*
 „*nus* nuncupato extractæ essent, & ita
 „in sensu ab eodem *Jansenio* intellectæ
 „damnatæ: ut nos ipsi constitutione
 „nostra 17. Kal. Novembr. 1656. lucu-
 „lenter expresse declaravimus, quod,
 „cum adeo falsum patensque menda-
 „cium in re tali asserere minime veriti
 „sitis, ubique malorum zizaniorum in
 „agro Dominico seminatores, Ecclesiæ
 „Catholicæ perturbatores, & quod in
 „vobis est Auctores turpissimi schis-
 „matis

Rr 4

Sæc. XVII. „matis esse deprehendimini. Porro
A. C. 1661. „autem etsi protervia in vobis digno-
 „scitur, cavillationibus subdolis, &
 „circuitibus obviam eundi Ecclesiæ de-
 „finitionibus, quibus etiam totius Fran-
 „ciæ Episcoporum & Prælatorum
 „sequium & Zelus, & Christianissimi
 „Regis pietas tam anxie præsto est
 „Nos tamen Pontificiæ charitatis ma-
 „suetudine nondum sæva via procedere
 „sed paterna Clementia potius uti
 „luimus, sperantes nimirum fore, ut
 „universalis Pastoris vocem audiamus
 „saltem sitis, & suis literis acceptis
 „dictum statim abrogaturi, ne san-
 „hujus Sedis indignationem & Autho-
 „ritatis vim experiamini; memores
 „verborum Dei: Omnis, qui cecide-
 „rit supra illum lapidem, conquassabitur,
 „tur, supra quem ceciderit, commi-
 „nuet illum. Cæterum vobis, ut bene
 „agere velitis, intellectum, & respici-
 „scentiæ Spiritum a Domino precamur.

Huic Pontificis monito, Regis
 mandato morem gerentes Vicarii
 prima Octobris prius suum mandatum
 retractarunt, novo edicto præcipientes
 ut omnes sincere & ex corde, pure
 simpliciter formulæ subscriberent. Hoc
 plenæ submissionis exemplum mox
 cutus est Corsensis Abbas Bourzeus,
 acerrimus quondam Jansenii fautor,
 qui

qui palam die quarta Novembris profi-
 tebatur, „quod libere ac sincere fidei
 „formulæ subscribat, & quæ contraria
 „scripisset, ex toto corde revocet, ea-
 „que suo sanguine deleri posse vellet,
 „ob inviolabilem & summam venera-
 „tionem erga decisiones summi Pon-
 „tificis tanquam communis Magistri
 „Christianorum, Successoris Apostolo-
 „rum Principis, & Christi in terris
 „Vicarii. „

Non tamen omnibus Franciæ Præ-
 sulibus eadem erat animi sententia;
 quippe Vinciensis Episcopus die nona
 Augusti datis ad Papam literis expo-
 suit, se Cleri Gallicani votis satisfacere
 non posse, eoquod vereretur, ne aut
 contra Sedis Apostolicæ hanc formu-
 lam non præscribentis auctoritatem, &
 contra Synodum Tridentinam, quæ
 solam fidei professionem a Beneficiatis
 exigit, aut contra usum hucusque sem-
 per in Ecclesia servatum ageret: quocirca
 ut quid sibi agendum, Pontifex insinua-
 ret, petiit, declaravitque, quod in sua
 diæcesi nullus de Jansenii doctrina
 quicquam inaudierit, imo in tota Fran-
 cia ne unicus quidem ex novis hisce
 hæreticis reperiatur, qui damnatas
 propositiones defenderet, proin Janse-
 nismus monstrum sit mere confictum:
 Pariter Andegavensis Episcopus die vi-
 R r 5 gesi-

Sæc. XVII.
 A. C. 1661.

Sæc. XVII. gesima octava Augusti literas ad Pa-
A. C. 1661. pam dedit, in quibus pacem suæ Ec-
 clesiæ per subscriptionis mandatum a
 Clero Gallicano turbatam questus, ex-
 posuit, haud tolerandum esse, quod
 quidam Episcopi sine ceterorum con-
 sensu sibi Concilii Nationalis auctori-
 tem arrogent, & reliquis Episcopis
 inferioribus, ut formulæ subscriberent,
 intentatis, etiam pœnis præcipiant, ve-
 lintque, ut Monialium Monasteria ter-
 rore novæ hæresis repleantur, & in
 eis per hanc subscriptionem accendatur
 desiderium Jansenianæ doctrinæ,
 quam hucusque ignorant. Hic item
 Episcopus, necnon Bellovacensis do-
 ctistes anno sequenti Regi insinuarunt,
 quod formulæ subscriptionem advenas
 quinque propositiones, in sensu Jansenii
 damnatas ratam habere non possent.
 Præterea Aletensis Episcopus, quem
 supra ad casum conscientie ab Ambrasio
 do propositum respondisse retulimus,
 ex iisdem ferme argumentis ostendit
 Episcopos non obstringi, ut formulæ
 Conventus Parisini subscribant, & ean-
 dem Diæcesanis subscribendam propo-
 nant. Insuper Portus Regii Monialium
 novo Vicariorum mandato subscribentibus
 recusabant, inde sibi grave negotium
 facientes.

Vid. supra
l. 204. §. 2.
pag. 419.

Sæc. XVII.
A. C. 1661.

§. LXXV.

*Propositiones quædam a Parochis &
Theologis Parisiensibus im-
pugnatae.*

Haud parum hæc contentio augeba- *Recueil des*
tur novo diffidio Parisiis exorto; *Aff. du*
cum enim quidam Jesuita nomine Jacobus *Clergé t. I.*
Coret die duodecima Decembris in Aula
Collegii Claromontani has duas Theses
propugnaret. I. „Christum nos ita
„Caput agnoscimus, ut illius regimen,
„dum in Cælos abiit, primum Petro,
„tum deinde successoribus commiserit,
„& eandem, quam habebat ipse, infal-
„libilitatem concesserit, quoties ex Ca-
„thedra loquerentur. II. Datur in Ec-
„clesia Romana Controversiarum fi-
„dei iudex infallibilis, etiam extra
„Concilium generale; tum in quæstio-
„nibus juris, tum facti. Unde post
„Innocentii X. & Alexandri VII. con-
„stitutiones, fide divina credi potest
„librum, cui titulus, *Augustinus Jan-*
„*senii*, esse hæreticum, & quinque pro-
„positiones ex eo decerptas, esse Jan-
„senii, & in sensu Jansenii damnatas.
Mox Parochi & Parisienses Theologi,
præcipue vero illi, qui fidei formulæ
subscribere recusabant, unitis viribus
has doctrinas impugnarunt, edito li-
bello,

Sæc. XVII bello, cui titulus: *Nova Jesuitarum*
 A.C. 1661 *hæresis, publice Parisiis propugnata, at-*
que universis Gallicæ Episcopis denuntiata.
 Hi ostendere nitebantur in hoc libello,
 has Theses esse *originem errorum maxi-*
morum ac universalem hæresin, quæ totam
religionem evertit, horrendamque impietatem,
& Idololatriæ speciem præ-
ferre. Prodiit paulopost alius libel-
 lus, sub titulo: *Factum Parochorum con-*
tra Jesuitarum Thesin; in quo scripto
 hi ex asserta Pontificis infallibilitate
 Jesuitis inferri dicebant, quod Papa
 sit supra Reges, & si eos exautorandos
 decernat, nec ab eo, ejusque iudicio
 appellari valeat. Nihilominus
 Claromontani Jesuitæ præfatam pro-
 positionem explicare nitebantur, edico
 libello, cui titulus: *expositio Thesin*
in Collegio Claromontano exposita, cum
præprimis Pontificem eandem, quam ipse
 Christus infallibilitatem etiam in quæ-
 stionibus facti habere interpretati sunt,
 de Petri, ejusque Successorum infallibili-
 tate arbitraria & dependente, ac duri-
 taxat in decisiones influente circa
 quæstiones facti ita cum quæstionibus
 juris connexas, ut negato facto neces-
 saria sit confessio ad negationem ju-
 ris. Verum adversus hanc expositionem
 confestim edebatur alius libellus
 sic inscriptus: *Jesuitarum illusiones pro*
imp.

impedienda condemnatione novæ hæresis: Sæc. XVII.
 Ceterum tota hæc disputatio in tædio- A. C. 1661.
 fa libellorum hinc inde sparforum far-
 ragine hæsit, nec etiam Sorbona in
 hujus Jesuitæ Thesi *impietatem & ido-*
latriam olfecit, si vero in hoc pecca-
 vit Jesuita, non aliud erat peccatum,
 nisi quod hanc Thesin in Galliis fer-
 vente Jansenistarum fermento propu-
 gnarit, & quidem eo tempore, quo
 Jansenii fautores acrius premebantur
 a Ludovico Galliarum Rege, cujus
 jussu tam ex Parisiensi, quam ex Cam-
 pensis Portu Regio convictores, & die
 decima quarta Maji etiam Novitiæ,
 necnon ad idem Institutum adspirantes
 unacum earum Confessariis, aliisque
 Ecclesiasticis excedere cogebantur,
 subrogato in Parisini Portus Regii Su-
 periore & Confessarium celeberrimo
 Bailio.

§. LXXVI.

Alexandri VII. Constitutio pro asse-
renda opinione de immaculata
Conceptione B. V.

Quamvis pia sententia de immacu- Bull. magn.
 lata Conceptione B. V. per Sixti IV. Const. 114.
 Pauli V. & Gregorii XIII. Constitutio- Alex. VII.
 nes satis stabilita videretur, non dee- Argentre
 rant tamen, qui in Hispaniis tum pri- coll. Jud.
 vatim t. 3. p. 300.

Sæc. XVII. A. C. 1661. vatim tum publice hanc opinionem

cultumque impugnare ac vellicare, imo quod Romana Ecclesia huic sententiæ ac cultui non faveret, in vulgus spargere, non reformidarent, inde veni graves fidelium offensiones, scandala jurgia, & maxima oriebantur incommoda: Eapropter Philippus IV. Rex omnesque Hispaniæ Episcopi Alexandrum VII. Pontificem misso ad eum Ludovico Episcopo Placentino permissis rogant, ut hisce malis opportune remedium opponere velit. Hic ergo die octava Decembris sequentem edidit Constitutionem: Nos . . . Decreta a Romanis Pontificibus Predecessoribus nostris, & præcipue Sixto IV. Paulo V. & Gregorio XV. edita in favorem sententiæ veritatis, animam Beatissimæ Mariæ Virginis in sui creatione & in Corporis fusione Spiritus sancti gratia donatam, & a peccato originali præservatam fuisse, necnon & in favorem festi, & cultus conceptionis ejusdem Virginis Deiparæ secundum piam istam sententiam, ut præfertur exhibitum, renovamus; & sub censuris & poenitentia in eisdem constitutionibus contentam observari mandamus.,

„Et insuper omnes, & singulos, quos præfatas constitutiones seu decreta

„ita pergunt interpretari, ut favorem Sæc. XVII.
„per illas dictæ sententiæ, & festo, A. C. 161.
„seu cultui secundum illam exhibito
„frustrentur, vel qui hanc eandem
„sententiam, festum seu cultum in di-
„sputationem revocare, aut contra ea
„quoquo modo directe, vel indirecte,
„aut sub quovis prætextu, etiam de-
„finibilitatis ejus examinandæ; sive
„sacram scripturam, aut sanctos Pa-
„tres, sive Doctores glossandi, vel in-
„terpretandi, denique alio quovis præ-
„textu seu occasione scripto, sive voce
„loqui, concionari, tractare, dispu-
„tare, contra ea quidquam determi-
„nando, aut asserendo, vel argumenta
„contra ea asserendo, & insoluta re-
„linquendo, aut alio quovis excogita-
„bili modo differendo, ausi fuerint,
„præter pœnas & censuras in constitu-
„tionibus Sixti IV. contentas, quibus
„illos subjacere volumus, & per præ-
„sentes subjicimus, etiam concionandi,
„publice legendi, seu docendi & inter-
„pretandi facultate, ac voce activa &
„passiva in quibuscunque electionibus
„eo ipso, absque alia declaratione,
„privatos esse volumus, necnon ad
„concionandum, publice regendum,
„docendum & interpretandum perpe-
„tuæ inhabilitatis pœnas ipso facto in-
„currere absque alia declaratione; a
„qui-

Sæc. XVII. „quibus pœnis nisi a nobis ipsis vel
 A. C. 1661. „successoribus nostris Romanis Pontifi-
 „ficibus absolvi, aut super iis dispen-
 „sari possint: necnon eosdem aliis pœ-
 „nis nostro & eorundem Romanorum
 „Pontificum successorum Nostrorum
 „bitrio infligendis pariter subjacere vo-
 „lumus, prout subjicimus per præles-
 „tes, innovantes Pauli V. & Grego-
 „rii XV. superius memoratas consilio-
 „tiones, sive decreta, ac libros, in
 „quibus præfata sententia, festum, seu
 „cultus secundum illam in dubium re-
 „vocatur, aut contra ea quomodocum-
 „que, ut supra, aliquid scribitur, aut
 „legitur, seu locutiones, conciones,
 „tractatus & disputationes contra ea-
 „dem continentur, post Pauli V. supra
 „laudatum decretum edita, aut im-
 „peteram quomodolibet edenda, prohibe-
 „bemus sub pœnis & censuris in
 „dicte librorum prohibitorum conten-
 „tis, & ipso facto absque alia declara-
 „tione pro expresse prohibitis haberi
 „volumus, & mandamus.”

„Vetamus autem Sixti IV. Consi-
 „tutionibus inhærentes, quempiam
 „asserere, quod propter hoc contra
 „riam opinionem tenentes; videlicet
 „gloriosam Virginem Mariam cum
 „originali peccato fuisse conceptam, irre-
 „sistis crimen, aut mortale peccatum

„incurrant; cum a Romana Ecclesia, Sæc. XVII.
 „& ab Apostolica sede nondum fuerit A. C. 1661.
 „hoc decisum, prout nos nunc minime
 „decidere volumus, aut intendimus:
 „quin potius contrariam illam opinio-
 „nem hæresis, aut peccati mortalis,
 „aut impietatis damnare audentes,
 „præter pœnas, quibus eos subjecit
 „Sixtus IV. aliique prædecessores no-
 „stri Romani Pontifices, gravioribus
 „aliis pœnis subjicimus; quas in con-
 „trâfacientes huic nostræ constitutioni
 „superius infliximus. Volentes, quod
 „contra hujus nostræ Constitutionis
 „transgressores, etiam Regulares cu-
 „jusvis Ordinis, & instituti, etiam
 „Societatis Jesu, & quomodolibet
 „exemptos, & alias quascunque Ec-
 „clesiasticas, & sæculares personas
 „cujuscunque status, gradus, Ordinis,
 „aut dignitatis tam Ecclesiasticæ, quam
 „sæcularis, ut præfertur, tam Epi-
 „scopi, & Prælati superiores, aliique
 „locorum Ordinarii, quam hæreticæ
 „pravitatis ubique locorum deputati
 „inquisitores procedant, & inquirent,
 „atque in eos stricte animadvertant.
 „Nos enim iis, & eorum cuilibet con-
 „trâ eosdem transgressores procedendi
 „& inquirendi, ac pœnis coercendi ac
 „puniendi liberam facultatem & Au-
 „thoritatem iisdem Autoritate & te-
 „

Sæc. XVII., „nore tribuimus, & impertimur, eos
 A. C. 1661. „que ut præfertur, procedere, inqu-
 „rere, & punire districte præcipimus
 „& mandamus.„

§. LXXVII.

*Bellum Hungariæ & Transylvaniæ
 a Turcis indidum.*

Bell. de reb. Transf. Prior. Hist. Leop. part. 2. lib. 1. Tuld. Hist. Hung. l. 1. tom. 3. Hode vie de Louis XIV. l. 23. p. 542. Han. Pan. nov. Quantumvis Achatius Barzaius, postquam Transylvaniæ Principatus cesserat, die sexta Januarii inito Joannem Kemenyum ab omni hostilitate securum reddidisset, nihilominus ex interceptis literis compertum erat, quod clandestina cum Turcis Principi infensis consilia foveret, circa die vigesima tertia Februarii Bistriciæ in comitiis unanimi consensu decretum, Barzaium de proditorum & collusionum cum Turcis convictum morte mulctandum esse. Hic ergo capite exclusus, ejusque Frater Andreas & Sigismundus Boday a carnifice Fogarum laqueo interempti periere: inde vehementior augebatur adversus Kemenyum Principem Sultani indignatio, quam tamen palam exerrere, huc intempestivum ratus, simul amicitia Kemenyo recens adeptam dignitatem afferebat, ea tamen ut hic a triennio restantes exactio-

penderet, suumque filium in fidei ob- **Sæc. XVII.**
 fidem transmitteret, & ipsemet Temes- **A. C. 1661.**
 variam delatus, confirmationem in jure
 Principatus sui peteret. Verum Ke-
 menyus Princeps lubricæ fidei Turcicæ
 oppido expertus, misso Viennam Dio-
 nysio Banffio, & Stephano Cassovio
 Cæsaris clientelam, opemque implo-
 rabat: Leopoldus quoque maturius
 ponderato totius Hungariæ periculo
 Transylvanis Oratoribus suum pollice-
 batur patrociniū, auxiliūque, ac de-
 cretis undique Legatis ab Imperii Prin-
 cipibus contra communem Christianæ
 Reipublicæ hostem suppetias efflagita-
 bat, quas tamen tardius receperat,
 caussantibus Principum potissimis, quod
 ejusmodi subsidia duntaxat in Imperii
 comitiis petere, moris esset: Ut ergo
 Cæsar dilatæ opis calumniam a se aver-
 teret, hunc in finem comitia Ratisbonæ
 die sexta Junii celebranda indixit.
 Promptiori sollicitudine Alexander VII.
 valida parabat subsidia; quippe non
 modo ad implorandam Dei opem con-
 tra Turcas die secunda Martii Jubi-
 læum universale concessit, sed etiam
 fœdus inter Christianos Principes con-
 ciliare sategit, necnon sex integras de-
 cimas omnium Ecclesiasticorum pro-
 ventuum in universa Italia, & Insulis
 Italiæ adjacentibus, exceptis solis Ve-
 netis,

Sæc. XVII. netis, & Melitensibus, omnibus cu-
 A. C. 1661. juscunque Status Ecclesiasticis per in-
 tegrum decennium sub pœna suspensio-
 nis & excommunicationis die vigesima
 quarta ejusdem Mensis imposuit, insu-
 per ex Apostolicæ Cameræ ærario quot-
 annis tres auri milliones in hoc bellum
 impendi jussit, suoque consensu firmavit
 legatas sex centies mille libras, quas
 Mazarinus Cardinalis pro bello
 adversus Turcas testamenti sui tabulis
 reliquerat, quamvis Galli has pecu-
 nias solvere tergiversarentur, nisi pœna
 idonee caveretur, his neminem alium,
 quam Turcam infestatum iri: Bavarus
 etiam & Coloniensis Elector bis mille sex-
 centos armatos in Hungariam contra
 Turcas submisere. Interim Sultanus
 non modo Transylvaniæ Principi, sed
 & Cæsari summa arrogancia bellum
 nuntiabat, comminatus, nisi contem-
 ptim sibi universa Transylvania, & su-
 perior Hungaria a Cæsare cederetur,
 se ferro flammaque Hungariam vancu-
 turum: Nos, inquiebat Sultanus in
 literis Cæsareo Legato Gœsio datus
*cum tota nostra potentia te ipsum in tu-
 & tui Imperii principalibus locis perpe-
 remus, & tuum Imperium, tuosque op-
 clas ferro flammaque, depopulatione, ex-
 ternecione & desolatione debemus, excu-
 gitatoque mortis genere te, tuosque Prin-*

cipes, omnesque exterminabimus, captivos internecioni dabimus, & eos ut canes captivos tenebimus, eorum liberos uti ranas palis affigemus, prægnantes cum ipsarum sætibus mactabimus uti canes; conclusimus enim Cæsar, exiguum tuum imperium vidrici nostro gladio a te avellere, a Romana sede claves extorquere, & volumus videre, an tibi sit auxiliaturus tuus crucifixus, qui jam dudum mortuus est, & semetipsum juvare nequivit, &c. Nec in blasphemis hisce minis stetit Mahometis IV. rabies; quippe Ismael Bassa Budensis cum valido exercitu per ferream Turrin arcem firmissimam in Transylvaniam penetrans, omnia ferro & igne Colosvariam usque deleverat, ac Nagy-Banya urbe ad deditionem coacta, Zamarum expugnare tentabat, spe tamen sua frustratus est. Porro in Hungaria superiore Turcæ positis ad Temesvariam castris præprimis plurium Pagorum rusticos in suum Principem & Nobiles facta libertatis spe adeo concitarunt, ut hi suos Dominos caperent, eosque Turcis venderent, & hostibus juncti, Kemenyi copias adorirentur, cæsisque quamplurimis vicinas arces, & præcipue illam S. Jobi Turcis traderent: quinimo Zeckelheidam urbem quatuor propugnaculis munitam interceptere sperabant, allecti promissis cu-

Sæc. XVII.
 A. C. 1661.

Sæc. XVII. jusdam Hungari, qui tamen veru
A. C. 1661. fixus, lentoque igne assatus perfidie
 suæ pœnas dedit; cum vero Turcæ &
 Tartari jamjam Hungariæ ditione
 trans Tybiscum sitas fœde devastasset,
 Montecuculus Cæsarei exercitus
 prope Tyrnaviam viginti circiter armato
 torum millia contraxit, ibidem tamen
 aliquantum otiose subsistere coactus,
 eoquod Hungari Protestantes nec Ger
 mano militi transitum, nec annonam
 concedere vellent, nisi prius suæ se
 gravamina tollerentur, & templa es
 erepta redderentur: Hos ipsemet
 polus Rex, Palatinus, Strigoniensis
 Archiepiscopus, ceterique Proceres Ca
 tholici exposita præsentanea patriæ ca
 lamitate ad saniora reducere adlabora
 bant, ipsis vero in suo proposito obitu
 matis Imperator die quinta Julii de
 nuntiari jussit, quod si cedere nollet,
 se cum Catholicis conclusurum, quid
 quid pro defensione patriæ necessarium
 videbitur; tandem vero Protestantes
 a Joanne Comite de Rothal delimiti
 Cæsaris petito acquievere. Expugnata
 horum pertinacia Montecuculus post
 crebras velitationes plerumque Cæsar
 reis faustas cum suo equitatu die de
 cima septima Augusti Tybiscum flumen
 trajicere parabat, ad cujus conspectum
 Turcæ Hulsta, quam arcem obside
 rant,

rant, Nagy - Banyam aufugerunt: Sæc. XVII. A. C. 1661.
 Suchesius vero alter Cæsarei agminis Ductor in Hungariam inferiorem pe-
 netrans, Wallam arcem, trucidatis
 omnibus Turcis cepit, incenditque,
 ac postea prædatum ultra Budam ad
 quatuor milliaria excurrens, Cre-
 zyum, Erbam, & Sambochum arces
 Turcis eripuit. Nicolaus vero Serinus
 Comes armenta magno numero eis-
 dem abegit, captisque tribus Præ-
 fectis, plusquam quingentos Turcas
 trucidavit, ac paulopost comperto,
 quod hi pecuniarias exactiones a Chri-
 stianis extortas ad castra reducere pa-
 rarent, ipse prope Canisiam, quam
 urbem anno priori Comes de Paradei-
 ser hosti tradiderat, ac propterea Vien-
 næ capite plexus erat, in insidiis cum
 mille quingentis latens cæsis octingen-
 tis Turcis, opimam hanc prædam eis
 eripuit, suamque arcem nomine Seri-
 nium nova arce communivit, Turcis
 hujus propugnaculi ruinam a Cæsare
 importune, incassum tamen, pe-
 tentibus.

§. LXXVIII.

Turcæ a Venetis repressi.

Segnius hoc anno Turcæ adversus Nani Hist.
 Venetos pugnabant, spe freti, hos Venet. l. 9.

Ss 4

po-

Sæc. XVII. potius belli diuturni molestiis, quam
 A. C. 1661. præcipiti armorum potentia superari
 posse, aliunde autem totam bellici apparat
 ratus vim in Transylvanos effundere mo
 liebantur: interim vero castra sua in
 Creteni Insula adversus omnes hostium
 incursus munita tenebant, crebrisque
 eruptionibus Venetorum copias lace
 fere satagebant: nec etiam otiaabantur
 ad Jaderam Dalmatiæ populatores
 Turcæ, qui ineunte Mense Martio Ve
 netas legiones insolito furore aggredi
 bantur, tanta vero repulsi clade, ut
 majora tentandi animum, viresque
 amitterent. Interim Vizirius ex Alex
 andria cum viginti majoris molis na
 vibus, militum & annonæ suppetis
 Canæ Insulæ inferre parabat, ne au
 tem naves portum attigerant, cum ob
 densam, quæ inciderat, nebulam in
 varias partes dispergerentur; unaque
 navis incautius in Venetos impulsæ
 eis caperetur: Paulopost Ali Mazze
 mammus cum quinquaginta octo tri
 mibus ad Cytheram Insulam propere
 bat, qui tamen suorum potissimis per
 consumptis, ipsemet periit: postquam
 vero Morosinus Turcas in Insula Tana
 excursionem fecisse compererat, mo
 totam suam classem admovit, quo con
 specto Turcæ relictis nonnisi suorum
 paucis, præcipiti fuga sese longius
 aliam

altum abstulerunt, ^{Sæc. XVII.} ^{A. C. 1661.} ast immutata re-
pende maris fide, & furentium vento-
 rum violentia, naves Turcicæ tanto
 impetu jaçtabantur, ut cum Venetis
 navibus intermixtæ nulla alia, quam
 naufragium evadendi cura angerentur,
 Morosinus autem Turcarum confusio-
 nem in rem suam vertere intentus,
 classem suam illico cum Melitensibus
 conjunxit, ac reflexo cursu ita dextere
 disposuit, ut sævo fluctuum agitato sex
 hostium naves saxis litoralibus impul-
 sas ad Miliam Insulam demergeret, &
 inter medios fluctuum, ac ventorum
 mugitus quatuor alias horrenda tor-
 mentorum tempestate infectaretur, ea-
 rumque unam ipse, aliam Laurentius
 Cornarus, reliquas vero Melitensis
 Præfectus caperent; ægre Turcicus
 Architallassus in Caneam Insulam ven-
 torum impetu delatus evasit, unacum
 quibusdam navigiis, quorum tamen
 unum undis haustum, reliqua vero li-
 toribus allisa periere: nongenti vero
 Turcæ, qui Mili naufragium passi fue-
 rant, exscensione facta, cum Venetos
 instare cernerent, erectis aggeribus
 sese munire parabant, mox tamen a
 Morosino cincti, ac inedia pene con-
 sumpti sese victorum arbitrio dedere
 compulsi sunt. Hac die bis mille quin-
 genti Christiani vinculis exempti fuere,

Sæc. XVII. eorumque loco adstricta Turcarum tria
A. C. 1661. millia, ac ferme totus hostilis exercitus partim peste, partim undis aut ferro consumptus periit.

§. LXXIX.

*Franciscus Salesius ab Alexandro VII.
 Beatis adscriptus.*

Bull. magn. Alex. VII. Postquam sacra rituum Congregatio in Francisci Salesii Genevensis Episcopi vitam, sanctitatem & miracula iterato ac maturo examine inquirere, ac tandem retulerat, de hujus Dei Servi assiduo omnium virtutum studio, mira hæreticorum conversione, nemini duorum mortuorum resuscitatione, cæcitate nati illuminatione, aliorumque integranatione plene constare, Alexander VII. Papa ad Franciæ Regis, ejusque Matris, & Conjugis suæ necnon Henriette Angliæ Reginæ, & Caroli Emanuelis Sabaudix Ducis, aliorumque Præsulum preces die vigesima octava Decembris indulgit, ut deinceps hic Deus Famulus Beati nomine nuncupatus ejus Corpus & Reliquiæ (non tamen in supplicationibus circumferri) fidelium cultui exponi, ac de eo die vigesima nona Januarii festum in assignatis locis celebrari valeat.

§. LXXX

Sæc. XVII.
A. C. 1661.

§. LXXX.

Alicæ ejusdem Pontificis Constitutiones.

Præter hæc Beatificationis literas *Bull. l. c.*
idem summus Pontifex hoc anno
quasdam promulgavit Constitutiones,
& quidem die prima Julii Clementis
VIII. & Pauli V. Pontificum sanctiones
confirmavit, quibus prohibitum, ne
Fratres Ordinis Eremitarum S. Augu-
stini ad consequendas dignitates & of-
ficia Principum vel aliorum extra Or-
dinem constitutorum favores & gratias
requirant. Jam supra retulimus, ab *Vid. l. 204.*
Alexandro VII. declaratum fuisse, quod *§. 13. p. 462.*
Cistercienses libere carnibus vesci pos-
sint, nihilominus quidam ejusdem Or-
dinis Religiosi in Galliis Apostolica di-
spensatione circa usum carniū non
utebantur, atque illos Religiosos &
Abbatē, qui carnibus vescēbantur,
juxta statutum reformationis a Cardi-
nale Ruffocaldio introductæ, inca-
paces declararunt, ne in generalibus
comitiis in Præpositum eligerentur,
vel illum eligere possent. Fervente au-
tem circa hoc inter hujus Ordinis Ab-
batē diffidio Capitulum Generale pro-
rogatum est, postquam vero Helveticæ
Reipublicæ Abbatē Cistercium ad hæc
comi-

Sæc. XVII comitia properantes hac de re certio-
 A. C. 1661. res facti sunt, ab his, aliisque Abba-
 tibus desuper consultus Pontifex, die
 secunda Julii & decima sexta Januarii
 anni sequentis prohibuit, ne Abbates
 propter usum carnum ullatenus ab
 ullo Ordinis officio excluderentur, nec
 etiam abstinentes ullo pacto in cetero-
 rum monasteria abstinentiam hanc in-
 vehere tentarent.

§. LXXXI.

*Quædam S. Congregationum de-
 cisiones.*

*Rota Rom.
 S. Congr.
 inerm. Rit.
 &c.* **E**x Sacrarum Congregationum Ro-
 manarum Constitutionibus, quæ
 hoc anno emanarunt, nonnisi paucas
 referemus, & quidem primo die quarta
 Februarii in Rota, ut vocant, Romana
 decisum fuit, quod Recognitio Testa-
 menti a Parocho, prævie Sacramento
 peracta non possit deservire ad effe-
 ctum probationis ejusdem Testamenti.
 Die autem decima nona Julii S. Immu-
 nitatis Congregatio declaravit, quod
 censuratus, qui ob paupertatem non
 habet, unde possit redintegrare, facta
 obligatione juratoria de satisfaciendo,
 si ad meliorem fortunam pervenerit,
 absolvatur. Denique a S. Rituum Con-
 gregatione statutum est die vigesima
 Se

Septembris, quod non licet eligere in Sæc. XVII
 Patronam loci Sacras Spinæ de Co- A.C. 1661.
 rona Domini.

§. LXXXII.

Tumultus Anabaptistarum in Anglia.

Quam pravæ juxta ac periculosas se-
 ditiones Anabaptistæ olim Mona-
 sterii, Amstelodami, & alibi in Hol-
 landia & Germania excitarint; jam
 supra relatam est: ex horum vero col-
 luvie progerminati fuerant in Anglia
 quidam Enthusiastæ, qui deliria sua
 pro inspiratis a Deo cognitionibus ven-
 ditantes, quintam Monarchiam seu
 millenarium Christi Regnum in terris
 expectabant. Hi ductore Thoma Wen-
 nero cupparum & doliorum fabro, no-
 cturnos habebant conventus, in qui-
 bus cruenta agitantibus consilia, minas
 in Regem, Parlamentum, ac univer-
 sum regimen effuderunt, atque in
 omnes Regi addictos conjurarunt: Eo-
 rum tessera militaris erat: *Vivat Do-
 minus Jesus*, seque a Deo specialiter
 vocatos jactitabant, ut Monarchicos,
 quos *carnales* appellabant, delerent,
 & Anglia ab his expurgata ad alias
 transirent gentes, ut eas a Principum
 jugo eximerent, atque omnia imperitæ
 plebis arbitrio relinquerent. Horum
 autem

*Rapin Thoir.
 Hist. d' Angl.
 lib. 23.
 Salmon Hist.
 d' Angl. t. 1.
 pag. 312.*

Sæc. XVII. autem circiter quinquaginta die sexti
A. C. 1661. Januarii eo tempore, quo Rex Matrem
 ac Sororem suam e Galliis reduces comitabatur, in cemeterio Ecclesiæ ad
 S. Paulum congregati prætereuntem
 quemdam hominem jugularunt, eo
 quod interrogatus: *quis esset*, respon-
 derit, *pro Deo & Rege sum*: Huius
 cædis fama per urbem propagata, Lo-
 dinensis Prætor in hosce fanaticos ducit
 peditum cohortes, unamque equitum
 clam immisit, a quibus hi rebelles
 cæsi, atque dissipati sunt: postquam
 vero reliqui per vicos, variasque ma-
 teas ex urbe evaserant, in proxima
 sylva convenere, ibidemque aucto-
 rum numero vires & audaciam con-
 gegerunt: re autem comperta Monachus
 Bellidux cum valido peditum equi-
 tumque agmine sylvam cingi, atque
 obvios quosque comprehendi iussit:
 verum hi rebelles periculi contem-
 ptu, & fanatica singularis prote-
 ctionis Divinæ fiducia aut potius
 desperatione animati, dudum extre-
 mam tantamque vim opponebant, ut
 ex regiis satellitibus viginti & unum
 trucidarent: postquam vero totidem
 rebellibus a militibus fuerant scilicet
 trajecti, & ipsemet Wennerus graviter
 faucibus, ceteri omnes capti fuerunt,
 ac tandem vigesima septima ejusdem
 Mensis

Mensis die rebellium pœna e publicis ^{Sæc. XVII.}
 furcis suspensi periere, quin, exceptis A. C. 1661.
 duobus, se nequiter egisse faterentur,
 aut pœnitentiæ signum ederent. Inde
 vero Regis Curia occasionem nacta,
 omnes cœtus, & conventicula etiam
 sub Religionis obtentu haberi inhibuit.

§. LXXXIII.

*Colloquium inter Angliæ Episcopos
& Presbyterianos.*

Sub idem tempus ex Regiæ Curia ^{Rapin Hist.}
 mandato omnes sectæ, quæ ab Ec-^{d' Angl.}
 clesiæ Anglicanæ ritu differebant, pro-
 miscue *Dissidentes* seu *Non-Conformistæ*
 nuncupari cœperant: verum Presby-
 teriani Prædicantes veriti, ne sibi quo-
 que crimina aut seditiones a diversis
 sectariis sub communi *Dissentium* no-
 mine comprehensis fors conflandæ im-
 putarentur, parique cum illis supplicio
 plecterentur, Regem adierunt, sup-
 plices, ut cum Angliæ Episcopis col-
 loquium habere permitterentur, in quo
 mature discuti posset, in quibus de-
 mum articulis ipsi ab Anglicanæ Ec-
 clesiæ Liturgia discreparent. Annuit
 Rex, ea tamen lege, ut novem Epi-
 scopi & duodecim alii Ecclesiastici, &
 totidem Presbyteriani Prædicantes in
 Skheldonis Archiepiscopi Londinensis
 pala-

Sæc. XVII. palatio convenirent, & a die vigesima
A. C. 1661. quinta Martii per integrum quadri-
 mestre Anglicanam Liturgiam, nec-
 non ea, quæ a Presbyterianis contra
 illam proponerentur, discutere, simul-
 que tam pro se, quam pro suis Con-
 fratribus decidere possent, quænam ad
 sedandas timorum conscientias, &
 ad Ecclesiæ pacem & concordiam sub
 faustissimo Regis imperio reddendam
 in præfata liturgia immutare, vel cor-
 rigere, necessarium judicaverint: de-
 nique suam decisionem a Rege appro-
 bandam eidem offerrent. Non placuit
 Prædicantibus apposita hæc conditio,
 quocirca Regi, ejusque Cancellario ex-
 posuere, quod inconsultis suis Con-
 fratribus absentibus ipsi soli, nulla ab
 eis accepta facultate, quicquam deci-
 dere, ac sese Anglicanæ Ecclesiæ unire
 haud possent, quibus tamen Archiepi-
 scopus hæc reposuit: *vos soli hoc collo-
 quium institui petiistis, vestrum igitur est,
 Scriptotenus proferre, quæ in Anglicana
 Liturgia vobis displicent, atque in ea cor-
 rigi desideratis: verum ad hæc Præ-
 dicantes rursus demandatæ potestatis
 defectum caussati, haud obscure in-
 nuabant, optare se, ut ipsis in Synodo
 prius convenire permitteretur; cum
 autem ejusmodi conventicula recepta
 essent inhibita, nil aliud eis concessum,*

nisi ut ipsi, cum totius Sectæ suæ nomine agere renuerent, saltem tanquam privati Doctores suam mentem scriptotenus explicarent: annuere hi, eo tamen pacto, ut vicissim Episcopi cunctos articulos, quos ad utriusque sectæ unionem conferre censerent, scriptotenus exhibere vellent, quatenus in proximo colloquio de utriusque partis sententiis judicari posset. Ast id negantibus Episcopis, Prædicantes consensere, ut omnes suas objectiones adversus Liturgiam confestim exhiberent, dummodo ad Episcoporum responsa suas additiones facere, ipsis liceret: Probabatur Episcopis hæc Presbyterianorum propositio: discutiuntur igitur tam ea, quæ Prædicantes adversus Liturgiam objecerunt, quam illa, quæ Episcopi ipsis opposuerant, cum autem Prædicantes in suo scripto omnes articulos, ob quos ab Episcopis sejuncti erant, nullo penitus excepto Liturgiæ opposuerint, omnesque ritus Anglicanos reprobaverint, & Episcopi nullum suæ Liturgiæ articulum immutare voluerint, hinc tam operosi conatus haud alius erat fructus, nisi quod quædam levissimi momenti in Liturgia emendarentur, quibus tamen nec Prædicantibus satisfactum, nec ullo pacto inter utramque sectam major

Hist. Eccles. Tom. LXII. T t unio

Sæc. XVII.
A. C. 1661.

Sæc. XVII. unio sperari potuerit, quam omnes se
 A. C. 1661. stariorum negotiationes hucusque pro
 duxerant, scilicet, majorem adhaerentium
 animorum acerbiter, & errorum
 pertinaciam; cum enim ex illis omnes
 semper in suo sensu abundant, & in
 bibitis suis dogmatibus pertinaciter
 hæreant, & pacis ac charitatis spiritu
 destituti, alterutrum captiosius veris
 jugulare, unice intenti sint, hinc
 tra pars, præcipue si est superior
 dominans, alteri cedere, aut
 quam de suo dogmate remittere cogi-
 tet, ne hi, qui cedunt, errasse videan-
 tur, & illi, qui nihil remiserunt, tan-
 quam de victis triumphum ^{canant}.
 Has ob causas hoc quoque colloquium
 frustrata omni unionis spe ^{dissolutum}
 est, & post verbosa jurgia, rixas, &
 altercationes nil aliud actum, nisi quod
 certatim Episcopales, & vicissim Pres-
 byteriani, alius alium velut irriti suc-
 cessus causam, criminarentur, ac de
 pertinacia haud toleranda infimularent.
 & tandem Presbyteriani Prædicantes
 potius suas Ecclesias deserere, quam
 sese Ecclesiæ Anglicanæ ritibus combi-
 nare vellent: eorum quoque potissimum
 in suis sermonibus populum ad se-
 ctionem concitare nitebantur, alii vero
 sectæ suæ addictorum opem imploran-
 bant. Ceterum Carolus Angliæ Regis

qui die tertia Maji Westmonasterii in-
 auguratus erat, die trigesima Julii e-
 dictum promulgari præcepit, vi cuius
 ab Ecclesiasticis & Politicis officiis ex-
 cludebantur omnes, qui populum ad-
 versus Regium regimen, vel Regis
 personam concitarent, aut nequiter
 assererent, Regem esse Papistam, vel
 Hæreticum, aut quod Papismum in-
 vehere moliretur: Ipse vero Rex hoc
 anno, procurante Sandvico Comite Ca-
 tharinam Lusitani Regis Filiam die
 trigesimo primo Maji duxit, quæ a
 Londinensi Pseudo-Episcopo conjungi
 recusans, juxta Ritum Romanum ab
 Albingo solemnè precatione copu-
 lata est.

Sæc. XVII.
 A. C. 1661.

§. LXXXIV.

Synodi Cameracensis decreta.

Hoc item anno Caspar Nemius Came-
 racensis Archiepiscopus die prima
 Octobris suam habuit Synodum, in
 qua suorum Prædecessorum decreta ob
 bellorum injuriam abolita innovabat,
 ac præprimis Sacerdoti, qui cum ali-
 qua persona per tactus inhonestos, vel
 adhuc gravius contra castitatem pec-
 cavit, eam absolvendi potestatem ade-
 mit, etsi talis aliunde a quibusvis casu-
 bus Episcopo reservatis absolvendi fa-
 culta-

Hartzh.
 Conc. Germ.
 t. 9. p. 887.

T t 2

culta-

Sæc. XVII. cultatem habuerit. Statuit etiam, ne
 A. C. 1661. ullus extra diem Natalem bis eodem
 die Missam celebret, nisi ratione con-
 cursus, aut ob repentinum morbum vicini
 Pastoris, aut ex speciali licentia Epi-
 scopi: præcepit insuper, ut singuli Pa-
 rochi in visitatione exhibeant Concilium
 Tridentinum, utrumque Provinciale,
 & novissimum Cameracense, cum pro-
 prii nominis & cognominis inscriptione
 in prima pagina. Voluit etiam, ut
 Decani Eremitis Episcopi statuta præ-
 gant, & si transgressores ter puniti se
 non emendaverint, eos habitu exuant,
 nullus autem ad habitum admittatur,
 nisi prius per integrum annum apud
 alios Eremitas ab Episcopo designan-
 dos habitaverit, & eorum testimonio
 commendatus fuerit.

§. LXXXV.

Synodi Tornacensis statuta.

Concil. Germ. Rursus Franciscus Villani de Gandavi
l. c. Tornacensis Episcopus in sua Sy-
 nodo die tertio Maji celebrata plura
 sanctiones antea editas innovavit, pro-
 hibuitque, ne opera Caroli Molinæi le-
 gerentur, statuitque, ut nomine te-
 tius Cleri Regiæ Majestati supplicare-
 tur, quatenus denuo suum edictum de
 super innovare dignetur, adjectis etiam
 poenis

pœnis gravioribus mille florenorum, aut etiam confiscationis bonorum vel exilii. Insuper nullum ad Subdiaconatus ordinem admitti voluit, nisi vere possideat bona annui redditus centum quinquaginta florenorum. Insuper Christophorus Bernardus a Galen Monasteriensis Episcopus die prima Octobris epistolam Pastoralem edidit, in qua Clero suo observantiam variorum statutorum impense commendavit.

Sæc. XVII.
A. C. 1661.

§. LXXXVI.

Julii Mazarini Cardinalis obitus.

Inter Purpuratos, qui hoc anno fati-
cessere, tam mortis casu, quam ge-
storum fama primus exstitit Julius Ma-
zarinus Piscinæ in Aprutio ex nobili
Romana prosapia ortus. Hic primævo
naturæ Beneficio præclaris dotibus ad
conciliandum amorem & ad heroicas
actiones idoneis ubertim præditus, Ro-
mæ humanioribus literis, & Al-
calæ in Hispania Jurisprudencia inge-
nium suum excoluit: inde vero Ro-
mam reversus, atque utriusque Juris
Doctor anno ætatis suæ vigesimo re-
nuntiatus Patris sui falso de homicidio
accusati Advocatum egit, eumque ci-
tissime a calumnia exemit. Exorto
Vallis Telinæ tumultu Julius togam
Tt 3 exuit,

*Hode Hist. de
Louis XIV.
Nani Hist.
Venet. l. 8.
tom. 2.
Hist. du
Card. Maz.
tom. 2.*

Sæc. XVII. exiit, & sagam induit; inde Roman
 A. C. 1661. reversus, atque ab Urbano VIII. ut

Hispaniæ Ministros a bello Mantuano
 removeret, missus inter ipsos hostiles
 belligerantium conflictus pacem Chie-
 rascensem conclusit, non sine maximo
 Orbis Christiani & Italiæ præprimis
 commodo, primoque propriæ fortunæ
 auspicio; quippe tum Lugduni a Ri-
 chelio Cardinale visus, amatus, at-
 que in auctoritatis vix non Regiæ con-
 sortium postea selectus fuit: Decerne-
 batur rursus ab eodem Pontifice Nun-
 tius in Gallias, ut capti Trevirensis
 Electoris, & dejecti Caroli Lotharingæ
 Ducis causam ageret, & quamvis
 Papæ votis plene satisfacere non
 posset, sui tamen non oblitus, in Ri-
 chelii, proin in ipsius quoque Regis gra-
 tiam tam intime sese insinuabat, ut
 post expletam Avenionensem Legatio-
 nem ab ipsomet Rege in Franciam re-
 dire sollicitatus, ad ejusdem preces
 Purpuram obtineret, & mortuo Richel-
 io in totius Regni, ac Regii cordis ar-
 bitrum & moderatorem succederet.
 Creverat adhuc hujus Viri auctoritas
 & gratia post obitum Ludovici XIII.
 quippe unacum ipsa Anna Regina Vi-
 dua Regni curas & administrationem
 partiebatur, atque impuberis adhuc Re-
 gis tutelam seu potius Regis vices ge-
 rebat,

rebat, & quamvis natione Italus esset, **Sæc. XVII.**
 tanto tamen studio in Monasteriensi **A. C. 1661.**
 pace Franciæ fines, adjecta Alsatia,
 usque ad montes Pyreneos, Rhe-
 num, & Scaldim protendere satagebat,
 ut nonnisi Gallicus sanguis in omnibus
 cordis sui venis ebullire videretur:
 confecta autem hac pace omnia in Ma-
 zarini exitium conspirare visa sunt: &
 quidem populus eum tanquam conti-
 nuati contra Hispanos belli, proin om-
 nium, quibus premeretur, exactionum
 Auctorem insimulabat, Principes vero
 & Senatus, cuncta per exterum homi-
 nem, regni que statu & juribus inex-
 pertum geri indignabantur: commu-
 nes demum hæ querelæ in publicum
 ac civile bellum erumpebant, quod ve-
 hementius exarsit, dum Mazarini opera
 Condus, Contius, & Longevillanus
 Principes in vincula coniecti sunt, qui-
 bus tamen ob gravioris mali metum in
 libertatem assertis Mazarinus, Senatus
 edicto, & pretio etiam in ejus caput
 statuto, e Regno Coloniam aufugere
 jussus est; ast ideo tantum deprimi vi-
 debatur, ut altius extolleretur; quippe
 Rex pubertatem adeptus, eum, ho-
 norifica legatione missa, & numero
 equitum comitatu revocavit, imo extra
 Pictaviensis urbis portam Lutetiam ei-
 dem obviam processit, eumque perbe-
 nigne

Sæc. XVII. nigne amplexatus, in rheda sua trium
A. C. 1661. phantis in morem in urbem & Aulam
 reduxit. Inde tamen recruduit Sena-
 tus invidia, odiumque populi, ut ergo
 sævius incumbenti procellæ cederet,
 ultro Bullionium secessit: mox autem
 honorificentius a Rege revocatus, om-
 nes vires curasque eo intendit, ut fœ-
 dere cum Anglis inito, Franciæ Re-
 gnum Hispanorum spoliis ditaret, tan-
 dem vero, cum ampliora armis obti-
 nere desperaret, conclusa pace Pyre-
 nea Hispanum cum Gallo conciliavit,
 huncque amicitiae nexum indissolubi-
 lis conjugii inter Ludovicum Franciæ
 Regem, & Mariam Theresiam Philippo
 Hispani Regis Filiam ibidem contracti
 vinculis firmavit, necnon die ultima
 Februarii inter Franciæ Regem, & Ca-
 rolum Lotharingiæ Ducem pacta Gal-
 lis quidem minus proficua, tanto ta-
 men Duce digna iniit. Stabilito hoc
 fœdere, perinde acsi heroicis suis actio-
 nibus metam posuisset, vires suas im-
 probis laboribus & curis attritas ex-
 pertus, Regi salutaria prorsus consilia
 ore & scriptotenus suggestit, eidem præ-
 cipue commendans, ne deinceps cujus-
 dam Administri opera uteretur, sed ipsius
 regiminis clavum moderaretur, & fide-
 los, quorum nomina recensebat, suo
 patrociniò dignos reputaret: postea
 testa-

testamentum suum condere parabat, Sæc. XVII.
A. C. 1661.

cum autem anxiiis animi curis torque-
retur, ex P. Joli Confessarii sui consilio
immensas suas divitias, quas ex Regis
liberalitate, viginti duabus ditissimis
Abbatiiis, & amplissimis stipendiis hau-
ferat, Regi dono dedit, eas vero, cum
vicissim Rex Mazarino donaret, partim
inter suos Cognatos & amicos distri-
buit, partim ad usus pios, & præci-
pue in bellum Turcicum legavit, nec-
non celeberrimum quatuor Nationum
Collegium erexit. His ita dispositis
Mazarinus ut summo Pontifici plene
reconciliaretur, ad eundem literas sub-
missione plenas die sexta Martii dedit,
demum omnibus morientium Sacra-
mentis munitus, inter luculenta pieta-
tis ac poenitentiae signa in castro Vicen-
narum die nona Martii supremum diem
explevit, annos natus quinquaginta
octo, menses septem, & dies viginti
duos. Erat sane inter ævi sui Politi-
cos expertissimus, ac longe prudentis-
simus, omni jure maximis nostræ æta-
tis Viris annumerandus; quicquid enim
magnum ac celebre in Europa contige-
rat, illius aut arbiter aut Architectus
erat Mazarinus, summo ingenio, cal-
litate, regnandique artibus magno
Richelio major: inter sævos invidiæ
procellas immotus, in consiliis sagax,

Sæc. XVII. in labore assiduus, in adversis constans
A. C. 1661. in prosperis moderatus, in rebus ar-
 duis magnanimus, in opinando cae-
 tus, in exequendo felix: Nonnulli te-
 men præclaro huic Viro imputant im-
 modicam auri ac gloriæ cupiditatem,
 necnon Religionis contemptum, quem
 in sua juventute exhibuisse ferunt: At
 vix ulla est celsitudo a nævo proprio,
 & alieno livore immunis. Habebat
 tur etiam Romæ funeris exequiæ,
 quibus P. Leo insignis Theologus &
 doctus Carmelita defuncto Mazarino
 oratione funebri parentavit.

§. LXXXVII.

Francisci Palutii Cardinalis obitus.

*Ciacon. in
 vita Ale-
 xand. VII.*

Obiit etiam hoc anno Franciscus Pa-
 lutius, qui duodecimo vix expleto
 ætatis suæ anno Romam delatus, hu-
 manioribus literis egregiam navavit
 operam, ob ingenii aciem, morum-
 que suavitatem præcipuis Cardinalibus
 percarus: Adultior factus, ac juris
 prudentiæ laurea decoratus, causarum
 forensium patronum egit, ab imperatoribus
 etiam Regibus, ac supremis Imperii
 Principibus ob raræ integritatis lau-
 dem, rerumque gerendarum dextera
 tatem maximi habitus. Ea erat animi
 demissione, ut sub Gregorio XV. ob-
 latus

latas sæpius Episcopales dignitates re- Sæc. XVII.
 spueret: ab Urbano VIII. invitatus licet, A. C. 1661.
 Referendarius Apostolicus, Prælatu
 Domesticus, & S. Congregationum Se-
 cretarius, Consultor S. Officii, & Exami-
 nator Synodalis renuntiabatur, quo
 in munere ad ardua quævis a Ponti-
 fice adhibitus, præclara Ecclesiæ præ-
 stitit obsequia, quin aliud meritorum
 præmium sub Innocentio X. referret,
 quam graves & assiduas novercantis
 fortunæ injurias, quas tamen Palutius
 tam invicta constantia superavit, ut
 Alexander VII. hujus Viri patientiam,
 animi candorem, Religionis studium,
 ac diuturnam rerum experientiam de-
 miratas, eundem in prima Purpura-
 torum inauguratione in S. Collegium
 cooptaret, & sacre Congregationi
 Concilii præficeret. Decessit tandem
 Romæ die nona Julii anno ætatis suæ
 octogesimo primo.

§. LXXXVIII.

*Bernardinus Spada Cardinalis
 mortuus.*

Palutius meritis super erat Bernardi- Vit. in add.
 nus Spada, qui ob ingenii præstan- ad Ciac.
 tiam, memoriæ felicitatem impigro Siri in Merc.
 labore conjunctam, assiduam librorum tom. 2.
 lectionem, rarumque sciendi ardorem Ughel. Ital.
 magnam Sacr.

Sæc. XVII. magnam de se in severioribus scienti
A. C. 1661. spem excitaverat: Vix annum ætate
 suæ vigesimum tertium expleverat, cum
 jamjam a Paulo V. utriusque, ut vo
 cant Signaturæ Referendarius, foren
 sium caussarum Judex, & a Gregorio
 XV. variarum Congregationum Con
 sultor & Cameræ Apostolicæ Clericus,
 necnon Sedis Apostolicæ Nuntius in
 Galliis nominaretur, qua in legatione
 prorsus ardua & præclara negotia pro
 spero successu expedivit: in testimo
 nium autem virtutis rei que præclare
 gestæ ab Urbano VIII. dudum prome
 rita ornabatur Purpura, necnon ex
 Galliis redux Bononiensi Legatione.
 Præerat pluribus sacris Congregatio
 nibus, & gradatim Albanensem, Tu
 sculanam, Sabinensem & Prænestinam
 rexerat Ecclesiam, ubique autem suæ
 liberalitatis, ac zeli insignia reliquit
 monumenta, sui que testamenti tabu
 lis viginti quinque aureorum millia
 in pios usus, aliaque pietatis opera
 impendit: tandem vero in suprema le
 nestute meritorum cursum beato fine
 concludens, obiit Romæ die decima
 Novembris annos natus sexaginta se
 ptem, sepultus in Ecclesia S. Hiero
 nymi de charitate.

Sæc. XVII.
A. C. 1661.

§. LXXXIX.

*Francisci Guilielmi de Wartenberg
Cardinalis extrema.*

Sequentis Mensis die prima vivere defuit Franciscus Guilielmus Comes de Wartenberg Ferdinandi Bavariae Ducis Filius, qui puer adhuc prima tonsura initiatus, Oettingensis ac decimo quinto ætatis suæ anno Monacensis Præpositus nominabatur, Romam vero profectus ibidem sacratiores literas didicit, inde in Bavariam reversus, ad comitia Ratisbonensia & Augustana Legatus decernebatur. Defuncto demum Cardinale ac Comite de Zollern, Osnabrugensis Episcopus est renuntiatus, ast a rebellibus & hæreticis civibus, subditisque rejectus, & Danorum ope in exilium actus, nonnisi Catholicorum armis Episcopatus sui possessionem adiit, totamque Diæcesin ab hostili milite liberavit: postea ejectis Pastoribus hæreticis Catholicos substituit, Collegiatas & Monasteria restauravit, veteremque formam Catholicam, Calendarium Gregorianum, ceterosque Romanæ Ecclesiæ ritus revocavit, & duas insignes Parochias Catholicis, necnon Monasterium ab hæreticis ablatum Patribus Franciscanis restituit.

Per-

Sæc. XVII. Perutilem quoque operam Ferdinandus
A. C. 1661. do II. Cæsari in exequendo edicto
 restituendis Ecclesiasticorum bonis præ-
 vavit, & quadraginta sex Ecclesiarum
 Catholicis reddidit. Anno autem huius
 sæculi quadagesimo nono Ratisbonensis
 Episcopus nominatus, multa ovium
 suarum millia ad Catholicæ Ecclesie
 ovile reduxit; quanta demum
 tam in Verdensi, quam in Osnabrugensi
 & Ratisbonensi Diæcesi in Catholicorum
 commodum dignissimus hic Præsul
 egerit, vincit magnitudo sermonem,
 copia calamus, & recordatio ac narra-
 tio pene fidem: tandem Alexander VII.
 Pontifex tantum ac talem Virum de
 Republica Christiana optime merito
 anno priori Romana decoravit purpura,
 quam tamen hoc adhuc anno unacum
 vita exiit, postquam annum sexagesimum
 octavum ætatis suæ jamjam compleverat:
 successerat eidem juxta Monasteriensis
 pacis leges in Episcopatus possessione
 Ernestus Augustus Princeps A Catholicus
 ex familia Brunsvico - Luneburgica.

§. XC.

*Quorundam Scriptorum Catholicorum
 obitus & opera.*

Inter

Inter Scriptores religione Catholicos, **Sæc. XVII.**
 qui hoc anno mortalitatem exue- **A. C. 1661.**
 runt, facile princeps est Lucas Holstei-
 nius, Vir in omni eruditionis genere *Pope censè*
 clarissimus, qui ejurato Calvinii errore *cel. Auth.*
 ad fidem Catholicum reversus Vaticanæ *Niceron not.*
 Bibliothecæ præficietur, atque ab *erud. t. 19.*
 Alexandro VII. Papa Christianæ Sueco- *pag. 30.*
 rum Reginæ ad fines usque Germa- *Dupin Bibl.*
 niæ obviam missus fuerat. Scripsit *des Auth.*
 emendationem in Eusebii librum contra *Eccl. t. 17.*
 Hieroclem, notas in Geographiam sa-
 cram Caroli a S. Paulo, dissertationes
 de Concilio Nicæno, annotationes in
 annales Baronii, & adversus Conci-
 lium Basileense, Codicem regularum
 Monasticarum, testimonium adversus
 Gersenitas pro Thoma a Kempis, col-
 lectionem veterum Ecclesiæ monumen-
 torum, Anastasii homilias, epistolam
 de usitata Abassinis communione sub
 unica specie, aliam de Sabbatico flu-
 mine & nonnulla alia. Obiit tandem
 Romæ die secunda Februarii. Alter e-
 rat Petrus de Reyna Episcopus ad S.
 Jacobum de Cuba, qui edidit summam
 de Sacramentis tam pro ordinatis, quam
 ordinandis, & tractatum de perfecto
 Prælato. III. Hieronymus Vignier,
 qui ex Calvinii castris ad Romanæ Ec-
 clesiæ gremium confugiens, atque Pa-
 trum Oratorii Institutum professus, in
 colli-

Sæc. XVII. colligendis veterum Codicibus & ms
A. C. 1661. mismatibus non minus indefessus
 quam felix fuerat: reperit quoque Venetiis ineditum S. Fulgentii scriptum, quod summo labore descripsit, simulque duo sancti Augustini volumina apud Claravallenses detexit, quæ, cum hactenus nondum edita fuissent, unicum Evangelistarum concordantia prelo subjecit: Decessit Parisiis die decima quarta Novembris: Reliquit plurima manuscripta, quæ in Seminario ad S. Maglorium asservantur. IV. Didacus Garzia de Trasmiera Senticanus Episcopus, qui posteris reliquit libros tres de Polygamia, & Polyviria, simululum fidei, seu de obligatione revelandi hæreticos, & de hæresi suspectos, necnon tractatum de correctione fraterna. V. Didacus Celada Jesuita, qui typis vulgavit sex tomos in Scripturam Sacram. VI. Franciscus Baudus itidem Socius edidit disputationes morales de conscientia, quæstiones ex Theologia morali, & commentaria in Regulas Juris Canonici. VII. Seraphinus a S. Theresia Carmelita Excalceatus, scripsit victricis gratiæ triumphum de prostrata scientia media, expositionem dogmaticam in epistolas ad Romanos, & Hebræos, necnon in decem S. Pauli epistolas, varios tractatus

Theo

Theologicos contra Jansenistas, Dissertationem de cognitione futurorum contingentium, & de necessitate motionis Divinæ ad agendum requisitæ.

Sæc. XVII.
A. C. 1661.

§. XCI.

*Scriptores A catholici hoc anno
denati.*

Obiere hoc anno ex Scriptoribus Aca-
tholicis nonnulli, quorum lucu-
brationes recensere, operæ pretium
est: Hos inter primus occurrit Joannes
Hulsemannus, qui in Colloquio Tho-
runiensi titulum: *Admodum reverendi,*
ambiens, Calvinianam confessionem
ibidem oblatam refutavit: scripsit e-
tiam commentaria in Libros V. Moy-
sis, in Vetus Testamentum, in Jere-
miam, & Ezechielem, necnon in li-
brum concordie præter plurima alia
opuscula contra Calvinistas & Catho-
licos edita. II. Joannes Schüppius
prælo subjecit suam cynosuram tem-
porum, & Sceleton chronologi. III.
Laurentius Bodochius Apostata, qui
sele genuinum Lutheri discipulum com-
probaturus, horrenda in Pontifices
convitia mendaci calamo effudit, edi-
ditque librum, cui titulus: *execran-*
dum Papæ Romani Anti - Christi revelati
genium, & augustissima B. Lutheri virtus
Hist. Eccles. Tom. LXII. U u Es

Weisman.
introd. ad
Hist. p. 1139.
Freher
Theatr. E-
rud.

Sæc. XVII. *Et indoles in Cygno expressa*, præter
 A. C. 1662. Suadam Romanam, & tractatum de
 Incarnationis mysterio: IV. Theophilus Grosgebaur edidit dissertationes
 de politia Nazarænorum, explicationem
 epistolæ ad Ephesios, & alia quædam

§. XCII.

Nova contentio Gandavensium Pa-
rochorum cum Jesuitis circa
attritionem.

Jugem. de
la Faculté
de Louvain
Recueil des
Aff. du Cler-
gé tom. I.

Ineunte anno hujus sæculi sexagesimo
 secundo gravis exorta est altercatio
 inter Gandavenses Parochos, & eju-
 dem Urbis Jesuitas; cum enim Parochi
 in suis sermonibus & doctrinæ Chri-
 stianæ institutionibus sæpissime incul-
 carent, quod attritio ex solo inferni aut
 pænarum timore concepta absque aliqua
 saltem motione amoris imperfecti benevolen-
 tiæ erga Deum non sufficiat ad obtinendam
 in Sacramento gratiam justificationis. Ad-
 versus hanc doctrinam acrius inlu-
 rexere Gandavenses Jesuitæ, qui op-
 positam sententiam pro aris & focis
 propugnantes, palam contra Parochos
 declamabant; quoniam vero in scholis
 & pulpitis tradidisse arguerentur, quod
 nimis difficile sit amare Deum, sufficit
 autem illum timere, & ex hoc metu ter-
 rare peccatum, hinc Parochi apud Episcopum

Sæc. XVII.
A. C. 1662.

scopum Gandavensem vehementer que-
 sti, ab ipso quoque summo Pontifice,
 ut has doctrinas damnaret, petierunt:
 interim vero die duodecima Maji no-
 vem Parochi ad Facultatem Theologi-
 cam Lovaniensem literas dederunt,
 supplices, quatenus ea super eorum
 doctrinam, quam ex sancti literis, Con-
 ciliis, & Patribus stabilierunt, suum
 iudicium ferre vellet: Hæc igitur die
 ultima ejusdem Mensis communi om-
 nium suffragio pronuntiabat, quod do-
 ctрина circa amorem benevolentiae in
 attritione requisitum sit sana, tuta,
 vera, ab omni censura immunis, ac
 digna, ut fidelibus sedulo proponatur,
 & publice in Concionibus tradatur.
 Pronuntiato hoc Universitatis iudicio
 tripudiabant Parochi, nec tamen pro-
 terea resedit adversæ partis contentio,
 donec Alexander VII. Papa anno hujus
 sæculi sexagesimo septimo die quinta
 Maji indicta anathematis poena inhi-
 buerit, ne tam hi quam illi audeant
*alicujus Theologicæ censuræ, alteriusve in-
 juriae aut contumeliæ nota taxare alter-
 utram sententiam donec a Sancta
 sede fuerit aliquid hac in re definitum.*

Sæc. XVII.
A. C. 1662.

§. XCIII.

Censura Facultatis Theologicæ Lovaniensis contra quasdam Theses.

*Argentre
Coll. Jud.
t. 3. p. 303.*

Non deerant quidam Medicæ Facultatis Professores, qui in Universitate Lovaniensi Cartesii systema circa naturam corporis traderent: cum autem Romani Inquisitores id ægerent ferrent, nullum non movebant locum, ut hanc novitatem eliminarent. Ea de re quidam Cardinalis Roma die decima Maji literas dedit ad quemdam Theologiæ Doctorem Lovaniensem, in quibus inter alia hæc habebat: *Miser Lovanii grassari Philosophiæ Cartesianæ errores, qui sensim ad Atheismum inducunt: insuper Hieronymus Vicius, qui in Belgio Nuntii Apostolici vices agebat, die prima Julii Bruxellis ad Facultatem liberalium artium epistolam dedit, in qua eam vehementer perstrinxit, quod Philosophiam Cartesianam juventuti Catholicæ adeo perniciosam tradi permetteret: nihilominus die nona Augusti Lovanii publice edebantur theses, in quibus Cartesianæ, ut tum vocabatur, hæresis continebatur: Re comperta mox idem Hieronymus die vigesima septima ejus-*

dem Mensis ad Universitatis Rectorem Sæc. XVII.
has dedit literas: A. C. 1662.

„Hortatus nuper fui venerandam
„Facultatem Artium, ut conaretur,
„Epicureis dogmatibus Cartesianæ phi-
„losophiæ obsistere, & antiquam Ari-
„stotelicam tueri doctrinam. Et ipsi
„quidem hortationem nostram plane
„lubentes amplexi, ita se facturos pro-
„miserunt. Licet autem monitum hoc
„pro omnibus generaliter, ac præfer-
„tim pro medicis sufficere putavimus,
„en! tamen prodeunt Theses cum im-
„pertinentibus, vigesima nona Augusti
„die mane propugnandæ in schola me-
„dica, in quibus non agnoscuntur in-
„corporibus, nisi motus, quies, situs,
„figura, & magnitudo: quod videtur
„sacrosanctum altaris Sacramentum sub-
„vertere: argumenta, quæ brutis as-
„serunt animam, non esse probabilia:
„Dubium esse, an vivant bruta: Nihil
„esse sub cælo novi (seposita anima ra-
„tionali) videlicet (prout intelligi puto
„ab Authore) nullas animas, nullas
„qualitates de novo produci, quia nul-
„la sunt. Omitto laudes, quæ Carte-
„sio attribuuntur.,

„Cum itaque gliscenti huic malo
„remedium apponi oporteat, sedulo
„commendo Dominationi Vestræ, ut
„statim adhibito theologorum, alio-

Uu 3

„rum-

Sæc. XVII. „rumque prudentium virorum Con-
 A. C. 1662. „filio discutiatur memoratas theses,

„quæ propositiones Cartesianis erroribus obnoxie in eis reperiuntur, vel theses ipsas, proscribere velit in totum, vel mandare, ut saltem propositiones, quæ Cartesii novitatem continent seu sapiunt, expungantur, præstantur in hoc Dominatio Vestra, & alma Universitas rem sanctissimo Domino nostro pergratam, quem de Vestra vigilantia, operaque docebo.

Accepta hac epistola Decanus ceteros Universitatis Doctores convocavit, eisque hæc theses sedulo examinandas tradidit, petens, ut quamprimum de iis suam proferrent sententiam. Hi ergo unanimi suffragio censuerunt, quasdam ex illis esse temerarias, toti antiquitati insultantes, profana novitate applaudentes, exoticas, in fide periculosas, intolerabiles; alias, ut falsas, injurias, præsumptuosas, Venerandæ antiquitati injurias, erroneas, veritati Catholicae & dei inimicas, conciliis adversas, scripturis sacris & principiis fidei dissentaneas. Alias quas ut insolenter superciliosas, doctibus contumeliosas, discipulis perniciosas, erroneas, scripturis, Conciliis, ac Patribus dissonas. Ipsum denique Thesum Corpore spurcitiis, atque illecebrosis scditatibus respersum, ut neutiquam illæ potuerint ad-

que præsentissimo multorum scandalo publice exponi, & in consertissimo omnigenorum auditorum confluxu evulgari, ac cunctis promiscue adventantibus distribui: addidit præterea eadem sacra Facultas, in Thesibus illis Cartesium non paucis alioquin erroribus sanitati fidei Christianæ dissonis obnoxium immerito extolli: errorum autem ipsius specimen subjunxit, his verbis:

Primo. Per substantiam nihil aliud intelligere possumus, quam rem, quæ ita existit, ut nulla alia indigeat ad existendum, & quidem substantia, quæ nulla plane re indigeat, unica, tantum potest intelligi, nempe Deus, alias vero omnes, nisi ope concursus Dei existere posse percipimus. Et postea possunt autem substantia Corporea, & mens sive substantia cogitans creata sub hoc communi conceptu intelligi, quod sint res, quæ solo Dei concursu egent ad existendum. Contra has propositiones sacra Facultas Theologica, hanc dedit censuram: ex eo consequens est, quod præter animam rationalem non detur ulla forma substantialis, ne quidem in brutis & plantis: quod etiam variis locis innuit.

Secundo. Omnino repugnat, dari accidentia realia, quia quidquid est reale, potest separatim ab omni alio subjecto existere, quidquid autem ita separatim potest existere, est substantia, non accidens. Nec refert,

U u 4

quod

Sæc. XVII.
A. C. 1662.

Sæc. XVII. quod dicatur, *accidentia realia non naturaliter, sed tantum per divinam potentiam a subjectis suis sejungi; nihil enim est aliud fieri naturaliter, quam fieri per potentiam Dei ordinariam, quæ nullo modo differt ab ejus potentia extraordinaria, nec aliud quidquam ponit in rebus, adeo ut, si omnia id, quod naturaliter sine subjecto esse potest, sit substantia; quidquid etiam per quantitas vis extraordinariam Dei potentiam potest esse extra subjectum, substantia est dicendum, de his sic censuit Facultas Sacra. Ex hoc consequens est, non remanere accidentia panis & vini sine subjecto in Eucharistia.*

Tertio. *Extensio Corporis est attributum ejus naturam essentialique constituens.*

Quarto. *Cognoscimus præterea, hanc mundum sive substantiæ corporeæ Universalitatem nullos extensionis suæ fines habere.*

Quinto. *Hincque etiam facile colligi potest, atque omnino, si mundi essent infiniti, non posse non illos omnes ex una & eadem materia constare, nec proinde plures, sed unum tantum esse posse. Has propositiones omnes sacra Facultas damnavit.*

Sæc. XVII.
A. C. 1662.

§. XCIV.

*Tumultus Romæ contra Gallos
excitatus.*

Hoc item anno inutiles prorsus con-
 tentiones Alexandrum VII. Papam, Palat. in
vita Ale-
 Curiamque Romanam fatigabant, & xand. VIII.
pag. 614.
 quietem publicam in maximum disci-
 men mutuumque bellum pene addu-
 cebant: jam dudum enim instigante Demarets
Hist. p. 280.
Hode Hist.
de Louis
XIV. l. 25.
Et 26.
Priorat. hist.
di Leop.
p. 2. l. 2.
p. 116.
 Mazarino inter Alexandrum Papam &
 Ludovicum Franciæ Regem similtates
 fervebant, mortuo autem hoc Cardi-
 nale Rex cum hoc Pontifice in gratiam
 rediturus, Crequium Ducem Romam
 Legatum decrevit. Hic autem, ne
 dexteram cedere cogeretur, Piccolo-
 minium Apostolicum in Galliis Nun-
 tium visum ire ac valedicere recusabat:
 hujus obsequii neglectu irritatus Nun-
 tius, præmissis Romam literis Ducem
 tanquam elati animi Virum, suos vero
 comites velut homines morum licentia
 infames depingebat. Advenerat tan-
 dem Romam Crequius, quin tamen
 Pontificis Agnatos salutare vellet, nisi
 hi Legato in urbem solemnè pompa in-
 gressò obviam irent: Paulopost ante
 Palatium Farnesianum, quod Crequius
 incolebat, multi ad triremes damnati,
 a lictoribus ducebantur, ac quædam

Uu 5

vi-

Sæc. XVII. vicina domus ab iis ex Magistratus
A. C. 1662. mandato perscrutata est: Crequius vero
 privilegium, vi cuius nulli licitori ar-
 mato propius Legati ædes pertransire,
 vel domum perlustrare licitum est, esse
 violatum ratus, vehementer apud Car-
 dinalem Nepotem desuper querebatur,
 inde vero nata est mutua animorum
 amarities, quæ tandem in publica dis-
 fidia, & cruentas altercationes erupit:
 cum enim quatuor Romani milites a
 sua statione, ad quamdam tabernam de-
 scenderent, a totidem Gallis primo
 verbis, postea verberibus exagitati, at-
 misque exuti, e taberna usque ad vi-
 giliarum stationem repulsi sunt: cum
 autem Corsi milites, qui pro tuenda
 publica Urbis quiete haud procul a Le-
 gati ædibus vigilias agebant, a præ-
 fati Legati famulis omni data occasione
 convitiis lacefferentur, crebræ inter
 eos rixæ ac contentiones excitaban-
 tur, quocirca Marius Pontificii exer-
 citus Dux & Cardinalis Imperiali Ro-
 manæ Urbis Gubernator hisce militi-
 bus, necnon Licitoribus, quos *Sbirri*
 vocant, in mandatis dederunt, ut non
 offensi vim nemini inferrent, lacefferent
 vero vim vi repellerent; Nihilominus
 tanta erat Gallorum petulantia, ut
 paulopost die vigesima Augusti eorum
 tres, cum prope pontem Sixtinum tres
 Cor-

Corfos milites obvios haberent, illis Sæc. XVII.
 tanquam licitoribus illuderent, gladiis- A. C. 1662.
 que suis in eos irruentes, ex illis unum
 vulnerarent: quo comperto eorum com-
 militones in opem advolantes, Gallos
 usque ad Palatii stabulum insequabantur;
 aucto ex in tumultu famuli una omnes
 arreptis armis Corfos repellunt, nec
 segnius quotquot ex Corfis haud pro-
 cul a vico SS. Trinitatis stationem ha-
 bebant, licitoribus juncti in suppetias
 accurrunt, explosisque sclopetis Gal-
 los in fugam agunt, Palatium undi-
 que cingunt, & cum vexillo & tympa-
 nis ad illud obsidendum, Gallosque
 male multandos accurrunt. Eodem-
 que tempore Legati uxorem, quæ hu-
 jus motus ignara domum reveria erat,
 infestant, atque in currum multos exo-
 nerant sclopos, quorum glandibus cu-
 jusdam foeminæ primariæ vestes tra-
 jectæ, & ex Ephebis quidam inter-
 fectus est: Insuper dum Legatus, ut
 tumultum reprimeret, ex ambone se
 conspiciendum præbebat, in eum quo-
 que conjectæ glandes, & fenestræ tur-
 piter impetitæ, tresque homines, qui
 Galli credebantur, globis trajecti: nec
 id tantum, sed præterea imperatum.
 ut Legato ejusque Domesticis cibaria
 tam parce suppeditarentur, ut copiosa
 ejus familia vix victitare posset: Tum
 deni-

Sæc. XVII
A. C. 1662. denique Gubernatoris jussu in urbem
inducta sunt quatuor peditum millia ad
inferendam vim vel propulsandam: Ver-
cissim vero Legatus omnes Gallos, qui
turmatim ad Palatium confluxerant,
armis instrui jussit, cunctisque Cardina-
libus natione Gallis inhibuit, ne altera
die ad Pontificium, ut vocant, Con-
sistorium accederent: Paruere omnes,
excepto Cardinale Ursino, qui propterea
Regiam subiit indignationem, ipse vero
Legatus unacum uxore sua ad Monte-
m Flascionem in ditionem Magni
Ducis Etruriæ secessit, ibidem Regi
mandata præstolaturus.

§. XCV.

*Pontificis sollicitudo pro placando
Gallarum Rege.*

Ea res gravem summo Pontifici in-
ferens dolorem, qui, ut injuriam, &
contumelias Legato contra jus gentium
illatas, atque in ipsum Regem redun-
dantes repararet, duas instituit Con-
gregationes, ut non modo noxii severe
punirentur, sed etiam de satisfactione
læsæ parti præstanda deliberaretur:
Conjiciuntur multi in vincula, ac pro-
mulgato edicto pretium constituitur in
capita illorum, qui ex Corsis præcipui
turbarum Auctores dicebantur. Postea
sum-

summus Pontifex suum dolorem de tam atroci facinore testaturus sequentes literas ad Purpuratorum Collegium dedit:

Venerabiles Fratres? curæ leves loquuntur, ingentes stupent. Ante quindecim dies, cum egrederemur e conclavi, Consistorium ingressuri, audivimus immane facinus, quod pridie vespere commissum fuerat, inter milites Corjos, & familiares Oratoris Regis Galliarum, dilectissimi Filii nostri, quem, scitis, quanta benevolentia semper fuerimus prosecuti; & quanti fecerimus ejus pietatem, virtutem atque Constantiam. Corsi enim plus semel, convitiis & insultationibus provocati, in eam rabiem, & furorem conversi sunt, ut nobilem Ephebum innoxium secus Rhedam conjugis incedentem interfecerint, ac bombardas suas contra ædes ejusdem Oratoris disploserint. Horruimus ad tantum scelus, & maximo cordis mærore, & animi afflictione oppressi, sensimus intercludi nobis aditum loquelæ; ita, ut hodie mane, inordinato, & confuso sermone uti necesse habemus, & ad succurrendum memorice, aliqua e scripto decerpere mandavimus illico Cardinali Chisio, nostro secundum carnem ex fratre Nepoti; ut coram conveniret oratorem, & conjugem ejus, impertitaque utique nostra Benedictione, nostri amoris significaret affectum; & interim expedie-

Sæc. XVII.
A. C. 1662.

Sæc. XVII. pediatur citatis Cursoribus, qui hoc ipsum
A. C. 1662. significaret Regi Galliarum literis con-
signatis Nuntio nostro Apostolico.

Literarum vero, quas Papa ad Ludovicum XIV. Regem die vigesima octava dederat, tenor erat sequens:

Carissime in Christo Fili Noster, salutes
Et c. Ingenti, multaque adeo amaritudine
replevit animum nostrum gravis excessus,
quem hic proxime perpetrarunt aliqui ex
militibus Corsis, insultis a familia dilecti
fili nobilis Viri, ducis Crequii, Majesta-
tis tuæ Oratoris provocati, ut vix sine
nobis ipsis & assiduis paternæ dilectionis
erga te stimulis satisfacere possimus, nisi
majores, & insigniores ejus rei declaratio-
nes jugiter exhibeamus, hinc est, quod post
injuncta statim, districtaque mandata Nun-
tio penes Majestatem tuam Apostolico, jus-
simus, eodem tempore Dilecto Filio Nostro
Cardinali Chisio, nostro secundum carnem
ex fratre nepoti, ut tam ad Oratorem,
quam ad Oratricem, cui profecto ob atro-
ces casus honorem præcipue compari sumus,
nomine nostro quanto citius accederet, &
doloris, quo afficeremur, luculentam si-
gnificationem illis offerret, & quamvis Car-
dinalis in eis adeundis difficultatem non mo-
dicam expertus fuerit, tamen sola respectus
tui ratio, & eis satisfaciendi studium, om-
nia post habenda persuasit; ut hujusmodi
sensus

sensus nostri eo modo, qui magis conspicuus esse posset, oratori pervenirent.

Sæc. XVII.
A. C. 1662.

Immo cum Nepos idem noster invisenda Oratricis cægritudine aliqua impeditæ aditum invenire minime potuisset, eo Charissimam in Christo filiam nostram Regiam suecicæ oratum misimus, ut utrique vellet ea officia perferre, quæ alia ratione adhuc penetrare nequiverant, credentes nimirum, quod Regina, quæ semper erga te præcipuam amicitiam professa fuerit; quæque in hoc negotio prima penes nos pro Majestatis tuæ satisfactionibus insitit, posset etiam ob amplitudinem Regiam locupletior, & dignior promptitudinis nostræ, ejusque, quod effecissemus. testis accedere, & nihilominus nondum etiam plene contenti Majestatem tuam coram complecti posse vellemus, & eximia voluntatis ostensione præ oculis tuis paternum amorem, & simul cordis nostri molestiam exhibere. Sed quoniam his plane locus esse non potest, animo saltem Charitatis Apostolicæ brachia vel hinc extendimus, ut hujus Officii testificatione, te certum omnino reddamus, nos injuriam Oratori tuo factam, propriam existimare, & tanquam talem a nobis jam damnatam; & mox exequendam esse omnem justam severæ ultionis animadversionem. Huic rei hominum doctrina & virtute spectatorum congregationem deputavimus, inter quos Præfectum etiam posuimus, qui Clientelæ

Sæc. XVII. *telæ tuæ Characterem habet. Præterea e si-*
 A. C. 1662. *cro Cardinalium Collegio viros integritate,*

Et prudentia longe conspicuos selegimus, con-
sultandis rationibus, quibus Majestati tuæ
satisfieri plene possit. Porro de sin-
gulari judicio, e prudentia tua nobis pol-
licemur, eam sane minus fidei præbitu-
ram esse, sinistris Et alienis interpretatio-
nibus, ab omni veritate abhorrentibus,
Et in sola Calumnia & passionum maligni-
tate fundatis, quam ipsis nobis, qui po-
terno Et animo Et loco tibi sumus, Et in
Oratoris tui persona æque ac tua læsi. Non
dubitamus, quin sanctam hanc sedem, tan-
quam Matrem tuam sensibus pietatis in Re-
gia domo tua hæreditatis, respicere velis.
Hac sane confidentia freti te in Domino
amantissime complectimur, rogamusque, ut
nos agnitione sensuum tuorum solari velis,
tum pollicemur, quod juste desiderare pos-
sis, vel sane a nobis paterne auditum omni-
cum animi promptitudine prorsus excipiet.
In eandem sententiam loquetur Venerabilis
Frater Archiepiscopus Cæsareæ Nuntius
nosler, cui fidem haberi cupimus. Maj-
estati tuæ benedictionem Apostolicam interim
ex omni corde profectam impertimur. De-
tum Romæ apud sanctam Mariam maio-
rem sub annulo piscatoris 28 Augusti 1662.
pontificatus nostri anno 8.

His dictis Pontifex literas, quas
 die prima Septembris ad Regem iterato

dedisset, recitari iussit, tenoris sequen- **Sæc. XVII.**
 tis: *Charissime in Christo Fili noster salu-* **A. C. 1662.**
tem &c. Scriptis ad Majestatem tuam pro-
xime literis, has nunc addere cogimur;
nam profecto nobis accrescunt molestiarum
& amaritudinum caussæ ob improvisum disces-
sum ex urbe dilecti Filii Nobilis Viri ora-
toris tui, postquam significare ei diserte se-
cissemus, nihilominus ipsi timendum esse, sed
omnem securitatem habere plene posse; quod
si consiliis illorum obsecutus, qui scanda-
lum inter Patrem & filium serere quæerunt,
& Majestatem tuam etiam ante voluntatem
ejus agnitam in obligationem aliquam abs-
que ratione ulla perducere, speramus utique
pro prudentia, & æquitate tua fore, ut
prius de calumniis, & veritate certus esse
velis, prout ample magis intelligere poteris
ex Venerabile Fratре Archiepiscopo Cæsa-
reæ, Nuntio Nostro, cui plenam fidem ut
habeas, a te petimus, & Majestati tuæ Apo-
stolicam Benedictionem impertimur.

Postea sermonem suum ad Cardi-
 nales profecutus, hæc subjunxit: *Li-*
cet urbem relinquens non significarit nobis,
an ad dextram, an ad sinistram declinare
vellet, nihilominus mandavimus Nobilibus
gubernatoribus Ecclesiasticæ nostræ Ditio-
nis tam ad orientem, quam ad occidentem,
illi obviam ire, præstare obsequia, & as-
suenter subministrare omnia ad ipsius com-
modum magis opportuna.

Sæc. XVII.

A. C. 1662

*Participes igitur fecimus vos hodie man-
nostræ afflictionis, ad aliquod nostrum le-
vamen, speramusque Regis bonitatem ac
justitiam diverso modo rem esse accepturam,
ac decreturam, quam quo ejus Ministri
trahere ipsam conati sunt. Si quod impo-
sterum erit vobiscum communicandum, sci-
ciemus libenter, vestra prensantes consilia,
pro satisfactione danda Regi Christianissi-
mo, quam quidem dabimus, quam maximam
poterimus, id est, debitam reorum puni-
tionem, & pro ea, qua vos complectimur,
benevolentia, quamque a vobis vicissim li-
benter exigimus, & hæc sint satis.*

Enimvero Christina Suecorum Re-
gina datis ad Regem literis, necnon
Venetorum Orator pacis sequestratos sefe-
offerebant, ast Crequius hos tumultus
non casu & fortuito, sed Pontificio-
rum Nepotum consilio fuisse excitatos
interpretatus, omnes exterorum Prin-
cipum Oratores ad vindictam stimula-
bat, pro reparanda injuria postulans,
ut Imperialis Cardinalis Purpura exue-
retur, Marius Urbis Governator Gal-
lorum Regi traderetur, militum Cot-
torum Tribunus, Sub - Centurio de
vexilifer in Farnesiano foro unacum
quinquaginta Corsis & totidem Licti-
ribus laqueo, ceteri omnes exilio per-
sterentur, ac demum Papa Legatum
a Rege nominandum in Gallias decer-
neret

neret, qui summum Pontificem hujus Sæc. XVII. A. C. 1662.
 injuriæ minime conscium fuisse testa-
 retur: Nec his contentus, Ludovicum
 etiam Regem contra Papam, & Chi-
 siam familiam exaggerato nimium faci-
 nore vehementer incendit, quapropter
 Rex summopere excandescens, Picco-
 lomineo Pontificis Nuntio præcepit, ut
 Parisiis Meldas secederet, usque dum
 Crequius sese in tutum recepisset: diē
 autem trigesima Augusti literas ad Pa-
 pam dedit, in quibus eidem significa-
 bat, quod suum Legatum Romā exce-
 dere jussisset, & Burlemontio Rotæ
 Auditori negotium dedisset, ut ex
 Sanctitate sua exploraret, an hoc at-
 tentatum approbaret, vel injuriam con-
 tra jus gentium illatam ea satisfactio-
 ne, quam criminis atrocitas deposce-
 ret, reparare intenderet.

Postquam summus Pontifex Orato-
 rem Gallum Roma discessisse comper-
 erat, habito Purpuratorum Senatu eos
 his verbis alloquebatur: *Quod posthac
 actum fuerit, noverint dubio procul fra-
 ternitates Vestræ ex edito publice promul-
 gato contra contumaces, quos etiam a vi-
 cinis principatibus petivimus, ut vinculis
 devinctos, ad nos mitterent, dum contra
 eos, qui sunt in carceribus, acta expedian-
 tur. Orator interim comparando arma,
 conscribenda milites, Cohortes, & Duces,*
 X x 2 *scit*

Sæc. XVII. scit quisque vestrum, in quamnam confuso
 A. C. 1662. nem, & in quod periculum metumque ab-
 duxerit tum subditos nostros, tum publi-
 cam securitatem; quam securitatem, cum a
 nobis petit, illico dimissis armis statim do-
 dimus, diximusque, sat militum nos habere
 in urbe, plures etiam advocandos ex vicinia.
 & omnes pro ipsius custodia, & securitate,
 ad obsequia militaturos. Verum hoc in-
 petrato non acquievit, cum diceret, se argere
 fidere propter vicinam Corsorum cohortem,
 ac etiam si non debuissimus in hoc ipso
 gere, cum ex illa cohorte, quotquot re-
 specti erant, aut jam in vinculis, aut ad
 vincula quærantur, & a multo tempore
 essent pro securitate montis pietatis, quem-
 admodum & alibi pro ea carcerum; tamen
 indulgimus iis, qui nobis hæc Consilia sug-
 gerebant, substituiimusque alios milites in ea
 vicinia, cum & ipsam cohortem deberet in
 urbe manere, oblatum est illi, posse extra
 urbem mitti, & aliam substitui, sed hoc
 frustra oblatum fuit, cum ipse quotidie
 magis numerum armorum atque armatorum
 augetet, ita ut jam subditi nostri de pro-
 pria securitate timerent, & aliquam ex-
 stragem, aut ad minimum direptionem ex-
 pavescerent. Nos etiam ad hunc finem in-
 davimus, introductos in urbe milites loco
 opportunis distribui, stationesque hic & illuc
 constitui, ut si qui casus forte timeretur,
 statim prompti essent remediis, atque ausi-

liis. *Hoc dilecta filia Regina Sueciæ inter-* Sæc. XVII.
A. C. 1662.
rim sumpta occasione Oratoris conjugem
ægotantem visitandi, idem verbum attulit
securitatis, & quod omnes milites essent
pro securitate publica & ipsius, conata est
ipsum ad saniora Consilia, & ad pacem,
& tranquillitatem convertere: Idem fece-
runt Oratores Principum, quotquot in urbe
sunt egregie persuncti munere suo; sed om-
nia incassum ivere; & repente ex urbe di-
gressus est; adeo contra bona Consilia præ-
valuit malignus homo, hoc est pater Ziza-
niorum dæmon, qui more suo gaudet libi-
dine in turbido piscari, ideo alterum curso-
rem, & secundum Breve dedimus ad Re-
gem Galliarum, quod petistis audire.

Priusquam vero Alexandri Papæ
 responsum in Gallias deferretur, Rex
 Piccolomineum, quamvis invitum &
 diu reluctantem, triginta Equitibus sti-
 patum ex Galliis ad pontem Bellova-
 censem Sabaudicæ ditionis limitem re-
 misit, eique cum Gallis agere inhibuit,
 quamdiu in Francia versaretur. Regis
 tamen indignatio defervescere videba-
 tur, receptis Alexandri VII. & Chri-
 stinæ Reginæ literis, quibus Pontificis
 innocentia, justusque dolor, & Gallo-
 rum petulantia, qua Corsos provoca-
 bant, manifesta fiebat: non deerant ta-
 men, qui denuo falsa deponentes Regem
 in Sedem Apostolicam tam acriter in-
 cende-

Sæc. XVII. cenderent, ut die secunda Novembri
 A. C. 1662.
 datis ad Medicæum literis contra Pa-
 pam, ejusque Ministros vehementer
 questus per Embrodunensem Archiep-
 scopum aliosque Legatos jamjam ab His-
 panis, aliisque Italix Principibus tran-
 situm peteret, cum exercitu octodecim
 millium in ditiones Pontificias irruptu-
 rus. Igitur Pontifex, ut Regem placet,
 Cardinalem Flavium Chisium
 Nepotem suum Parisios, necnon Respon-
 sionum Virum prudentia insignem ad
 oppidum S. Quiriaci, ubi Crequius age-
 gebat, decrevit. Habentur plures
 consultationes, proponuntur vana re-
 conciliationis media, cum autem Galli
 non modo Castrum & Roncionem Parmen-
 sium, & Commaclum Estensi Ducibus
 restitui, sed plura alia Sedi Apostolicæ
 injuria peterent, dissolutum est collo-
 quium: cum igitur nulla spes recon-
 ciliationis superesse videretur, utrius-
 que arma parabantur, & quidem Galli
 terra marique extremam vim ditioni-
 bus Pontificiis ostentantes, jamjam per
 Genuensium montes sex millia penetra-
 runt, & duo equitum millia immiserunt,
 ut ad tubæ sonitum in ditionem
 Parmensem penetrarent. Avenionenses
 quoque a Gallis instigati arrepta hujus
 dissidii occasione abjectis Papæ signibus,
 ejectoque Lascaro Legato

Gallica erexere Lilia, hancque urbem Sæc. XVII.
 Rex occupari jussit, donec Castrum A. C. 1662.
 Parmensi fuisset restitutum: vicissim
 Alexander Pontificiæ ditionis fines vi-
 ginti peditum, & duo equitum milli-
 bus præter exteros milites in Germa-
 nia conscriptos firmare decrevit, in-
 gentemque pecuniarum vim in hoc bel-
 lum congescit, atque a Cæsare, Hispa-
 nis, Venetisque suppetias, liberumque
 militum transitum petiit. Cum autem
 cruentum utrinque bellum timeretur,
 præter omnem expectationem rursus
 inter dissidentes pacis colloquia fuere
 instituta: & primo quidem Rasponius,
 Crequius, Grimanus Venetus, & Tur-
 rieta Hispanus Oratores in Sabaudia
 finibus convenere, ac quosdam recon-
 ciliationis articulos præcipue circa
 Castri & Commacli restitutionem mu-
 tuo consensu firmarunt: tandem vero
 anno sequenti inter Rasponium & Aloy-
 sium Burlemontium Gallum Rotæ Au-
 ditorem Pisis in hos articulos die duo-
 decima Februarii anno hujus sæculi
 sexagesimo quarto conventum est.

I. Cardinalis Chisius tanquam Le-
 gatus a Latere Parisios pergeret, &
 coram Rege patratum facinus excusa-
 tione purgaret, quod idem quanto-
 citius faceret Cardinalis Imperialis. II.
 Gallis plena fieret præteritorum venia.

X x 4

III.

Sæc. XVII. III. Marius Papæ Nepos Roma egre-
A. C. 1662. deretur, donec Legatus Apostolicus
 Parisiis ad Regis alloquium fuerit ad-
 missus, antea vero scriptotenus decla-
 raret, se nuperi tumultus haud partici-
 pitem fuisse, idem quoque Pontifex
 per literas Apostolicas confirmaret.
 IV. Augustinus alter Pontifex Nepos
 Crequius Duci Romam reversuro necnon
 Crequii uxori Berenices Papæ Neptis
 obviam procederent, eosque certiores
 redderent, ingemuisse Papam percepto
 tumultu. V. Licetorum Præfectus Ro-
 ma ejiceretur, totaque Natio Corsica
 declararetur indigna servitio Pontificio
 non modo Romæ, sed in tota ditione
 Ecclesiastica, simulque pyramis in loco
 Farnesio ad perpetuam facti memoriam
 erigeretur cum hac inscriptione:

*In execrationem damnati facinoris con-
 tra Excellentissimum Ducem Crequium Ora-
 torem Regis Christianissimi a militibus Cor-
 sis XIII. Kal. Septembr. Anno MDCLXII.
 patrati, Corsica Natio inhabilis & inco-
 pax ad Sedi Apostolicæ inserviendum ex de-
 creto jussu SS. D. N. Alexandri VII. P.
 M. edito in executionem Concordiæ Pisi-
 nitæ ad perpetuam rei memoriam declarata
 est. Anno MDCLXIV.*

Postremo demum articulo sanc-
 tum, quod prioribus articulis rite ad-
 impletis Rex Comitatum Avenionen-
 sem

fem & Vindascinum Pontifici restitueret, prout etiam biennio post factum est, postquam Cardinalis Nepos in Franciam, injuriam deprecaturus venerat. Ita demum non sine Pontificis molestia, & Ecclesiastici honoris dispendio finita est contentio, quæ ex privato Nationum odio exorta in publicam Principum indignationem erupit, & hodieum adhuc mutux averfionis vestigia reliquit.

Sæc. XVII.
A. C. 1662.

§. XCVI.

*Alia diffidia inter Hispanum & Gal-
lum Oratores hoc anno com-
posita.*

Jam anno priori die decima Octobris Battevilæus Hispani Regis apud Anglos Orator cum Estradæo Comite Franciæ Oratore graves habebat similitates; cum enim Sueciæ Legatus solemnè pompa Londinum ingrederetur, eumque die decima Octobris Principum Oratores honorifice comitarentur, Hispanus Orator, cum Regi suo primas deberi crederet, Francici Legati currum per vim præcessit: Reclamabat Estradæus; oritur inter utriusque Legati famulos gravis verborum rixa, concurrunt ex vili plebecula plusquam sex millia, alii vero Hispano auro corrupti, in

*Bussi Hist.
de Louis
XIV. p. 136.*

X x 5

Hi-

Sæc. XVII. Hispanorum favorem dimicant, Gallici
 A. C. 1662. Oratoris curram dirumpunt, equos
 trucidant, Legati Filium interficiunt,
 & Gallos ignominiose inflictis vulneribus repellunt. Hoc nuntio Franciæ Rex impotenti ira correptus, Fuentadagnam Hispaniæ Oratorem ab aula recedere, Aubuffonium Embrodunensem Archiepiscopum Madrito in Franciam reverti jussit, atque injuriam, qua pacem esse violatam credebat, armis in Belgium inferendis se ultorum comminatus est, nisi abunde sibi ab Hispano satisfaceret: Igitur Philippus IV. Hispaniæ Rex, cum Belgium non ita pridem per onerosam pacem redemptum amittere vereretur, ut bellum averteret, nullum non movit lapidem, hancque in rem Fontanum Comitem in Gallias ablegavit, qui palam coram Rege in Lupara die decima quarta Maji declarabat, Regem suum haud prætere, ut ejus Oratores cum Franciæ Legatis in ulla Europæ Aula concurrerent, atque ideo Battevilleum exauctoratum Londino in Hispaniam revocasset. Hujus declarationis Franciæ Rex cunctos Principum Legatos, quorum tum viginti septem Parisiis aderant, testes esse voluit, cumque Hispani Legati verba essent ambigua, ad Papæ Nuntium, ceterosque Oratores converſus, inquit,

inquit, *testes estis, quod Hispaniæ Rex mihi ubique primum locum cedat*: Id mo-
 leste quidem ferebat Hispanus, quin
 tamen in novæ indignationis motus
 prorumperet, sed duntaxat modeste
 apud Ludovicum Regem desuper que-
 reretur. Hac igitur Hispani Regis mo-
 deratione hæc dissidia, quæ ab ambi-
 tione ortum traxerant, feliciter fuere
 composita.

Sæc. XVII.
 A. C. 1662.

§. XCVII.

*Hungariæ Procerum comitia Possonii
 celebrata.*

Agebatur adhuc de concilianda pace
 inter Cæsarem, & Turcam; cum
 autem hic Transylvaniam occupare de-
 crevisset, ac pro summo imperio Mi-
 chaelem Abassium in Transylvaniæ
 Principem agnosci, arrogantius ab Im-
 peratore peteret, nil propius esse vide-
 batur, quam cruentum utrinque bel-
 lum, cui jamjam initium fecerat ipse-
 met Abassius, qui Turcarum copiis
 suffultus, Joannem Keminium ejectum
 Transylvaniæ Principem aggressus, a
 suis proditum cepit, abscissumque ejus
 caput Turcis Varadinum submitit: in-
 super die vigesima quinta Aprilis Clau-
 diopolin obsederat, qui tamen a Ger-
 manis in obsessorum opem accurrenti-
 bus

*Han Panon.
 nova.
 Ortel. chron.
 Hung.
 Priorat. hist.
 Leop. p. 2.
 l. 2. p. 105.
 Betlen. rer.
 Transf. l. 3.*

Sæc. XVII. bus ingentem cladem accepit: cum
A. C. 1662. ergo Leopoldus Imperator rem ad belli
 necessitatem deventam cerneret, aliunde
 de vero Hungari tam exhausti ærarii,
 Regniq̄ue defolationem, quam Germani
 militis licentiam, & crudelitates causati,
 hiberna Cæsareis copiis denegarent,
 Imperator ad tollendas hæc difficultates
 Posonii die trigesima prima Maji Regni
 comitia habuit, in quibus de suppetiis,
 ac opportunis Turcarum violentiam
 reprimendi mediis deliberari petiit. Uno
 ore ac voce Cæsaris propositionem appro-
 babant Catholici, Protestantes vero præ-
 primis Religionis gravamina esse proponenda
 contendebant, id vero recusantibus
 Catholicis haud ultro in congressu comparuere,
 suas tamen querelas per Kolonitzium
 Comitem scriptotenus Cæsari porrigebant,
 declarantes, se nunquam ad comitorum
 locum accessuros, nisi prius Imperator
 eorum gravaminibus satisfecisset; quere-
 bantur autem, quod ex nonaginta illis
 Ecclesiis, quæ ipsis anno hujus sæculi
 quadragesimo septimo redditæ fuissent,
 potissimas Catholici eisdem rursus eripuerint.
 Interim Catholici de conscribendo alen-
 doque milite consultabant, Protestantes
 vero nec precibus nec minis a suo proposito
 recedere parati, libellum supplicem

cem per Principem de Porzia Leopoldo Sæc. XVII. A. C. 1662.
 tradiderunt: Hic autem eis declarabat, seriam suæ Majestatis voluntatem esse, dun-
taxat de illis, quæ ad publicam Regni tran-
quillitatem & Hungariæ conservationem
conducunt, pertractare, nihilominus ipsi
insuperhabitis Palatini monitis, & mi-
nis, propositisque rationum momentis ad
publicas deliberationes, nisi prius Tem-
pla ab anno Christi millesimo sexcentesi-
mo quinquagesimo nono erepta ad unum
omnia restituerentur, venire, pertina-
citer recusabant, palam declarantes,
suorum multa millia inter se de-
crevisse, quod sua jura sectæque liber-
tatem regio diplomate firmatam con-
tra duos, tresve circiter Patriæ per-
turbatores armis tueri, potiusque mor-
tem, quam tam iniquam oppressionem
tolerare vellent; præterea Cæsaris di-
ploma, quod eis Palatinus consignabat,
acceptare renuerunt, eoquod illud
*hanc præferret inscriptionem: *fideli-**
bus Evangelicæ Confessionis in hac Diæta
præsentibus, cum tamen, ipsi Regni Pro-
ceres Evangelici appellari ambirent:
 Acrius eisdem pertinaciam atque ar-
 rogantiam exprobat Nadastius Co-
 mes, eoquod in patriæ perniciem cum
 Suecis clandestina foverent consilia,
 eorumque ope tumidi adeo pertinaci-
 ter Cæsaris voluntati resisterent: Tau-
 dem

Sæc. XVII. dem vero die prima Septembris Ca-
 A. C. 1662. tholici decrevere, ut Germanus miles,
 novem millibus exceptis, e Regno e-
 duceretur, postea circa numerum
 & sustentationem reliquæ militiæ cum
 Cæsareis pacta erexere, adversus quæ
 iterum Protestantes reclamabant, qui-
 bus tamen in responsis datum, illis
 quidem reclamandi jus integrum esse,
 cum vero in nupero conventu ipsis nona-
 ginta Ecclesiæ fuissent traditæ insu-
 perhabita Catholicorum oppositione,
 ita nunc quoque Cæsari integrum fore,
 quædam pacta firmare, insuperhabita
 eorum oppositione, ipsisque non con-
 sentientibus. Accepto hoc responsio
 Protestantes Pofonio insalutatis Cæsa-
 reis Deputatis, excessere, auctaque-
 temeritate a Cæsare postulare ausi sunt,
 ut scripto ac jurato fidem suam obstrin-
 geret, ac declararet, quod ab hoc
 temporis momento Germanum mili-
 tem in Hungariam sine prævio Ordi-
 num consensu invehendi nullum jus
 auctoritatemque haberet: Hunc deni-
 que exitum habuere hæc comitia,
 in quibus luculenter patuit, nil magis
 communi patriæ bono obesse, quam
 pertinax ac fanaticum sectæ studium.

Sæc. XVII.
A. C. 1662.

§. XCVIII.

*Poloni rebelles a Nuntio Apostolico
ad obsequium revocati.*

Postquam Cosachi in Regis obsequium *Priorat. l. c.*
redierant, bellique induciæ cum
Moscovitis pene erant confectæ, Casi-
mirus Rex exteri hostis metu solutus,
intestina Regni dissidia componere in-
tentus erat, indictis Varsoviæ comitiis.
Interea vero tam in Polonia, quam
in Lithuania milites seditionem con-
flarunt, excussoque Belliducum suo-
rum imperio e suis Directorem elege-
runt. Attamen in duas erant divisi fa-
ctiones, quarum una de militari stipen-
dio hucusque denegato quæstæ, Eccle-
siasticorum bonis inhiabat, altera per-
versam ærarii administrationem immu-
tari petens, ne Rege suo adhuc vita
superstite de Successoris electione age-
retur, postulabat. Porro tam hi quam
illi ad tantam devenere temeritatem,
ut Regis proventus, & Ecclesiastico-
rum bona sequestri nomine sibi vendi-
carent: Ut ergo tanto malo tempestive
remedium opponeretur, Rex particu-
larem conventum ad diem vigesimam
Februarii convocavit, ut in eo quære-
retur modus, quo rebellis exercitus
ad officium obsequiumque revocaretur,

ad

Sæc. XVII. ac præterita stipendia militibus nume-
 A. C. 1662. rari possent: Ablegabatur exercitus suos

Deputatos, qui ex militari sanguinis
 sui pretio Ministros ditari dolentes, in
 quos usus tributa a triginta retro annis
 exacta, fuerint impensa, discuti, Re-
 giæ electionis Promotores castigari,
 atque integrum æs militare persolvi,
 necnon Cancellarium exauctoratum
 plecti, præter plura alia coram publico
 Senatu postulabant. Postea ambo
 exercitus ad Archiepiscopum Larissanum
 Pignatellium Papæ Nuntium
 duos decernebant Oratores, qui pro-
 ventuum Ecclesiasticorum spolia extre-
 mæ necessitatis obtentu excusarent:
 His Nuntius gravibus oppido verbis
 ejusmodi facinus Nobili & Catholico
 milite indignum, populi Christiani of-
 fensionem inde orituram, & Pontifi-
 cis Ecclesiarum indemnitate vindica-
 turi indignationem ob oculos posuit,
 simulque ex summi Pontificis mandato
 ipse ad comitia processit, ibidemque
 tam gravi rationum pondere peroravit,
 ut potior stipendiorum pars militibus
 numeraretur, simulque sua Ecclesia-
 sticis redderentur bona: Compositis
 demum ceteris difficultatibus Rex mi-
 lites suos eo adiegit, ut eidem sese novo
 sacramento obstringerent, & cum Du-
 ctoribus suis in hostem progredierentur;
 adhuc

adhuc enim bellum fervebat contra Sæc. XVII.
Moschos, qui tamen a Polonis, & A. C. 1662.
Cosaccis cæsi pacem, quam hi vellent, _____
postmodum inire coacti sunt.

§. XCIX.

Turcæ a Venetis male mulctati.

Sub idem tempus Alexander VII. Pa- *Nani Hist.*
pa, qui ad Ecclesiæ defensionem *Venet. l. 9.*
Principes Catholicos unire, in primis
curis habebat, datis ad Pignatelum
Nuntium suum literis, eidem injunxit,
ut a Poloniæ Rege & Senatu suppetias
adversus Turcas Hungariam & Cre-
tam infestantes, impetraret: Ast Po-
loni propriarum virium imbecillitatem,
exhaustumque gravibus bellis ærarium
obtendebant: Ejusdem tamen Pontifi-
cis opera hoc anno nuper Venetos in-
ter & Melitenses exorta dissidia fuere
composita, ea lege, ut Melitensibus
Turcæ anno priori capti unacum præ-
da restituerentur. Itaque Veneti de-
nuo suis fœderatis juncti, Turcarum
classem strenue insectabantur; cum au-
tem Turcas ad prælium elicere haud
possent, Morosinus Asiæ oram infestare
constituit, incensisque quibusdam op-
pidis Giovatam contendit, ut classem
divitiis refertissimam, quæ Turcas Me-
cham peregrinantes comitabatur, in-
Hist. Eccles. Tom. LXII. Yy ter-

Sæc. XVII. A. C. 1662 terciperet: nec desuit generoso confu-
 lio prosper successus; die enim vigesi-
 ma nona Septembris primum in tri-
 ginta sex Turcarum cymbas impetum
 fecit, cumque Mercatores, ceterique
 Turcæ inopina aggressione territi, in
 terram descenderent, Morosinus nullo
 negotio has naves cepit, promotoque
 cursu hostiles quinque triremes in pu-
 gam egit, duasque alias naves pretio-
 sis mercibus onustas post acris certami-
 nem sibi subiecit, aliamque, quæ
 fortiterque resisterat, incendit, Tur-
 casque nequidem Ægei mari subsistere
 passus, illos bonis & parta tot
 raris gloria spoliavit. Præter Barbaros in
 prælio occisos non pauci partim
 partim flammis periere, captis ducentis
 quinquaginta Turcis, & octodecim
 cymbis in victorum prædam relictis.
 Sub idem tempus Venetorum Respu-
 blica compositis pristinis similitudinis
 cum Sabaudia Duce foedus innovavit,
 ea lege, ut Dux nomine Cyprii Regis
 abstineret, librumque, quo ejusmodi
 jus in Cyprium Regnum probabatur,
 suppressi curaret.

Sæc. XVII.
A. C. 1662.

S. C.

*Quædam summi Pontificis Con-
stitutiones.*

Postquam Alexander VII. Pontifex *Bull. magn.*
 maximus Flavium Cardinalem Ne- *Alex. VII.*
 potem suum mortuo Cardinale Spada *Const. 110.*
 in Protectorem Fratrum Ord. Minimo-
 rum nominaverat, die prima Martii e-
 dito diplomate Apostolico Conventum
 S. Mariæ de Victoria seu seminarium
 S. Pauli Provinciæ Romanæ Fratrum
 Discalceatorum Carmelitarum adjudi-
 cavit, Seminarium vero in Conventum
 sancti Pancratii, quem Maldachinus
 Cardinalis hujus Ecclesiæ Abbas Se-
 minaristis cum diversis pactis donave-
 rat, transtulit, hancque translationem
 confirmavit. Die autem decima sexta
 Aprilis subsidium scutorum trecento-
 rum millium super bonis undecim Con-
 gregationum Regularium pro sanctæ
 Sedis necessitatibus imposuit, simulque
 die septima Augusti Societatis Gene-
 rali indulgit, ut Tropiense Collegium
 ære alieno gravatum, aliaque omnia
 Collegia, si necesse fore videretur, su-
 spendere posset, donec ære soluto ad
 primæ foundationis statum reducta fue-
 rint. Decidit quoque die sexta De-
 cembris, quod Clerici Religionis Mi-
 nistrati

Yy 2

nistrati

Sæc. XVII. nistrantium infirmis tam in publicis
A. C. 1662. quam privatis functionibus præferan-
 tur Laicis, etiam antiquioris profes-
 sionis.

§. CI.

*Diversæ S. Congregationum de-
 cisiones.*

*Decis. S.
 Congr. rit.*

Exorta contentione circa prærogati-
 vam inter Maceratensem Provin-
 ciæ Governatorem & Urbis Episcopum
 S. Rituum Congregatio die primo Apr-
 ilis decidit, quod Governatori, nisi sit
 Legatus a Latere, non competat Se-
 des cum Baldachino, & folio, proin
 Episcopus eo præsentē in nullo loco
 Diæcesis debeat a Benedicendo populo
 abstinere, nec etiam extra Diæcesin
 degens Governatori primas cedere, mi-
 nus vero eidem ad Cathedralē ve-
 nienti obviam ire, aut abeuntem co-
 mitari teneatur, Governator vero ab
 Episcopo Candelam & Palmam etiam
 cum osculo manus accipere, & Magi-
 stratus, Governatore tum præsentē
 tum absente, consueta obsequia Epi-
 scopo præstare obstringatur, satis ta-
 men sit, si duo Canonici Governato-
 rem excipiant, & ad Ecclesiæ portam
 comitentur. Decrevit etiam præfata
 die eadem Congregatio, quod Regu-
 lares

lares teneantur quidem celebrare Fe-
 stum de dedicatione Cathedrali, sed
 duntaxat sub ritu duplici, secundæ
 classis & sine octava. Petitum quoque
 fuit declarari, an Episcopus possit sta-
 tuere diem Dominicam ad celebran-
 dum festum, Officium & Missam cujus-
 dam S. Martyris, de quo asservatur in-
 signis Reliquia in Ecclesia, & an Ti-
 bia sit insignis Reliquia? ad primum
 respondit eadem S. Congregatio, ne-
 gando, nisi Reliquia sit de sancto, qui
 habetur in Martyrologio Romano &
 constet de identitate Reliquiæ ejusdem
 sancti: ad secundum pariter respondit
 die tertia Junii negative. Die autem
 vigesima sexta Junii declaratum, quod
 Abbates Pontificalia etiam extra eorum
 Ecclesiam exercere valeant, si de ejus-
 modi privilegio constet. Denique S.
 Concilii Congregatio decidit, quod
 Episcopus in primo ingressu visitationis
 Episcopalis Regulares compellere ne-
 queat, ut processioni cum Clero sæcu-
 lari pro hujusmodi ingressu specialiter
 indictæ intersint.

§. CII.

Synodi Coloniensis decreta.

Hoc item anno Maximilianus Henri-
 cus Coloniensis Archiepiscopus at-
 que

Yy 3

que

Sæc. XVII.
 A. C. 1662.

Sæc. XVII. que Elector die vigesima Martii suam
 A. C. 1662. inchoavit Synodum Diæcesanam, ad
 quam, ne Ecclesiastici suis e terris ac-
 cederent, inhibuit Elector Brandebur-
 gicus: nihilominus præfata die inchoata
 fuit, cujus hæc decreta memorata de-
 gniora erant sequentia. I. Ad concilia-
 andum in Monialium etiam exempta-
 rum Ecclesiis Regulares quoque spe-
 cialiter approbentur. II. Magistratus
 requiratur, ut in illos, qui hæreticos
 aliosque pravos libros invehunt, se-
 vere animadvertatur. III. Proferantur
 tur vana observantia eorum, qui certo
 Missarum numero vel precum aut can-
 delarum forma semper certas animas
 e purgatorio liberari affirmant. II.
 Miracula nova, si quæ congregate pu-
 tantur, non evulgentur, sed significen-
 tur Episcopo. V. In carniū abstinē-
 tia ob corporis debilitatem dispensatis
 etiam plures refectioes concessæ cen-
 seantur, ob alias autem causas dispen-
 sati una carniū refectioe contenti
 sint. VI. In Baptismo trina ablutio
 ob magis expressam SS. Trinitatis si-
 gnificationem observetur. VII. Pœni-
 tentes genuflexi & gladiis discincti con-
 fiteantur, & Confessarius sedens tecto-
 que capite confessiones excipiat &
 Pœnitens Confessarium ad turpia solli-
 citantem denuntiet. VIII. Religiosi, qui

qui in monasterio, ubi degunt, si ni- Sæc. XVII.
 mis importune a suis consanguineis visi- A. C. 1662.
 tarentur, ad alia monasteria transferan-
 tur. IX. Observentur decreta summo-
 rum Pontificum circa Sacramentorum
 administrationem, hancque in rem Sy-
 nodus ad verbum inferuit Innocentii X.
 Constitutionem circa dubia a Joanne
 de Palafox Angelopolitano Episcopo
 contra Iesuitas proposita, ac decisa.

X. Dilectia inter Parochos & Regula-
 res circa Missæ auditionem in diebus
 Dominicis, & confessionis in Paschate
 tollatur.

Eodem quoque anno Bernardus a
 Gallen Monasteriensis Episcopus Syno-
 dum celebravit, in qua sanctiones prio-
 rum Synodorum innovans statuit, ut
 supplicationes longiores contrahantur,
 nec propterea sacri auditio negligatur.

§. CIII.

Initia severissimæ disciplinæ in Abba- tiam de la Trappe invecitæ.

Ad hunc annum revocantur primor-
 dia severissimæ disciplinæ, quam
 Armandus Joannes Buthillierus in Ab-
 batiam de la Trappe introduxerat. Hæc
 jam anno Christi millesimo centesimo
 quadragesimo die decima septima Se-
 ptembris in valle quadam, cui nomen

Descript.
de l'Abb. de
la Trappe
Hode vie
de Louis
XIV. tom. 2.
Heliot Hist.
des Ord.
Mon. t. 6.
la pag. 1.

Yy A

la pag. 1.

Sæc. XVII. *la Trappe*, tribus leucis a Muritania
A. C. 1662. urbe distita a Roberto Comite de Per-
 tico fundata fuit, ejusque Ecclesia
 paulopost in honorem B. V. a Roberto
 Rothomagensi Archiepiscopo consecrata
 est. Viguit in ea per ducentos omni-
 no annos severissima Cisterciensis Or-
 dinis disciplina, quæ tamen partim
 ætatis vitio, partim bellorum injuria
 & Anglorum irruptionibus perculsa ja-
 cuit, ac demum omnino eliminata
 fuit, postquam Bellaius Cardinalis
 hanc Abbatiam in commendam rece-
 perat; tum enim Religiosi ad inopiam
 suorumque paucitatem redacti mona-
 sterium ruinæ proximum reliquere, &
 hinc inde dispersi nonnisi ad venan-
 dum vel alia oblectamenta convenere.
 Hic erat celeberrimæ hujus Abbatix
 Status, dum hoc anno Deus ter opti-
 mus Armandum Joannem Buthillierum
 de Rance ad stupendum reformationis
 opus suscitaverat. Hic opitulante ge-
 neris sui nobilitate, & favente fortuna
 vix undecim annos natus, non modo
 pinquia defuncti Fratris sui beneficia,
 Parisiensis Ecclesiæ Canonicatum, sed &
 quinque Abbantias, atque inter eas il-
 lam *de la Trappe* obtinuit, quarum ta-
 men proventus ad luxum, pompam,
 & venationem potissimum impenderat,
 juvenis a mundo dilectus, vanusque
 mundi

mundi amator: Ast quem Divinum Sæc. XVII.
 Numen vocaverat, illum etiam sensim A. C. 1662.
 suaviter ac fortiter ad se traxerat: primo enim præsentaneum mortis periculum ægre eluctatus, miram Dei protectionem commendare didicit, iterum tamen adversus gratiæ stimulum recalcitrare cæpit: amplissimæ enim dignitates, profundissimæ eruditionis, qua inclaruit, fama, & communes, quos sibi in Cleri Gallicani comparaverat, applausus magis ejus ambitionem, ac mundanæ gloriæ cupiditatem acuebant; brevi tamen, ita disponente Deo, ad ipsam felicitatis terrenæ satietatem successit nausea, & quotidianus fastidiorum concursus; Armandus enim a Rege minus se æstimari ratus, & præcipue Gastonis inter festiva tripudia sublatis morte territus, secum serio fluxas mundi illecebras, ac periculum salutis & interitus bivium turbidis ac rorantibus oculis contemplabatur, ac tandem relictis suis beneficiis, & opulentæ domus suæ fortunis, amplissimisque spebus generose contemptis, vocantem Dominum sequi statuit, atque ad Abbatiam la Trappe confugit, ubi primas eo curas intendit, ut non modo salutis suæ prospiceret, sed hujus Abbatix Monachos a vitæ licentia ad veterem Sanctimoniam revocaret: cum autem

Y y 5 prava-

Sæc. XVII. pravarum consuetudinum stirpes ex
 A. C. 1662. scindere haud posset, his excedere ius-
 tis, ac strictioris observantiæ Monachis
 aliunde accersitis veterem disciplinam
 hoc anno excitavit, ipseque sacrum
 Ordinis habitum induit, ac postmodum
 in Abbatem Regularem nominatus ad
 primævam S. Bernardi normam sacros
 Religiosos proprio potissimum exem-
 plo reduxit, eliminato vini, piscium
 carniarum, ovorum &c. usu, ac stabili-
 perpetuo silentio, solitudine, caritate
 vitæ austeritate, ut ejus exemplum vix
 inter veteres Eremiticolas reperiretur.
 Ceterum, quamvis eximius hic
 Abbas probatæ suæ virtutis, Religio-
 nis, pœnitentiæ, ac omnium ferme
 virtutum famam per universam pene
 Orbem diffudisset, ac plurimos primæ
 Nobilitatis Viros, quos mundus delu-
 ferat, suo exemplo ad parem vitæ san-
 ctimoniam pertraxisset, non deerant
 tamen maledici quidam, qui dignum
 hunc Divi Bernardi Successorem velot
 Jansenii Discipulum traducerent, non
 alio suæ calumniæ fundamento, nisi
 quod in laxiores ævi Cœlitas, &
 Molinistas sæpius invehens, ex propria
 confessione eorum, qui ex profligata
 vitæ colluvie ad sacram hanc solitudi-
 nem sese receperant, omnem morum
 corruptionem ex laxis illorum doctri-
 nis

nis profluxisse asseruisset: Eapropter Sæc. XVII. A. C. 1662.
 apud ipsos audiebat Idiota, qui nunquam Casistas legisse visus est, & ne quidem Molinistarum doctrinam habuisse cognitam ab iis, qui propius eum inspexerant, creditus est: Hæc autem recentior quidam Historicus iis persuadebit, quibus incognitum est, Butilierium non modo Græci idiomatis apprime gnarum, & Philosophicis disciplinis excultissimum fuisse, sed etiam annos natum nonnisi viginti & unum jamjam Scientiæ Theologicæ profunditatem publico specimine, ac promerita Doctoratus laurea comprobata reddidisse.

§. CIV.

Principum atque Illustrium obitus.

Gemino funere Augustissima Domus Salmon hist. chron. t. 1. Priorat. hist. Leop. p. 2. l. 2. p. 186. Vid. supra §. 41. p. 536.
 Austriaca hoc anno afflictâ lugebat; decessit enim inexpectato fato die vigesima Novembris Archidux Leopoldus Guilielmus Ferdinandi II. Filius ac Tertii frater: Hic raro fœdere Principis celsitudinem cum Episcopi humilitate, ac militis magnanimitatem cum Politici Christiani sagacitate conjunxerat, moribus affabilis, animo generosus, in omnes beneficus, in pauperes prodigus. Adolescens adhuc sese militiæ sacræ mancipabat, ab Urbano VIII. Papa

Sæc. XVII Papa anno hujus sæculi vigesimo
A. C. 1612 quinto ad Magdeburgensem & Halber-
 stadiensem Archiepiscopatus nominabatur, quos decimo post anno Protestantibus cedere coactus, Argentinensem, & Passaviensem, postea Olmucensem, ac demum Wratislaviensem Ecclesias obtinuit: Prævalentibus Catholicorum armis non modo pro Deo & Ecclesia Episcopus, sed & pro Imperio & Cæsare supremus Bellidux militabat, ac non una victoria clarus collapsas Catholicorum res restituit. Hoc demum anno, cum supremus esset Ordinis Teutonici Magister, post Gemertensem Commendam a Batavis vindicatam, Equites Viennam convocavit, & Carolum Josephum Archiducem in Coadjutorem cooptavit, ast paulopost Argentinae ita obiit, ut sui ævi Episcopus meliorem, nullus Princeps mortem optare generosorem posset. Non nisi annos natus erat quadraginta octo, menses decem, & tredecim dies: maluit castissimus Princeps mori, quam exhaustas vires ex Medicorum consilio, sucto mulierum lacte reficere: Nimis præpropere dignissimi Principis mortem sequebatur decessus alterius Archiducis Ferdinandi Caroli, Oenipontani, qui Bolfenam versus venationi insistens, die decima

quar-

quarta Decembris Caldari maligna fe- Sæc. XVII.
 bre correptus die trigesima ejusdem A. C. 1662.
 Mensis, nondum expleto trigesimo quarto
 ætatis suæ anno decessit, non sine ma-
 ximo Serenissimæ uxoris suæ, suo-
 rumque luctu. Erat enim Princeps
 naturæ dotibus largiter exornatus,
 oris Majestate insignis, moribus comis
 & affabilis, generosus æque ac man-
 suetus, & eximius pietatis, ac Reli-
 gionis cultor, cui in Principatu suc-
 cessit Sigismundus. Hunc pariter an-
 num vitæ suæ exitialem habuit Elisa-
 betha Jacobil. Angliæ Regis Filia,
 & Friderici V. Palatini Electoris a re-
 bellibus Bohemis in Regem electi con-
 jux, quæ Vindsoriæ hoc anno die vi-
 gesima Februarii anno ætatis sexa-
 gesimo sexto Calvinianæ sectæ im-
 mortua est, haud secuta exemplum
 duorum Filiorum & unæ Filix ad re-
 ligionem Catholicam multo antea red-
 euntium.

§. CV.

*Scriptorum religione Catholicorum
 opera & decessus.*

Luctum induit hoc anno Respublica
 Literaria ob mortem Ecclesiastico-
 rum scriptorum vasta eruditione cla-
 rissimo-

*Dupin Bibl.
 des Auth.
 Eccl. t. 17.
 pag. 145.
 Sammart
 Gall. Christ.*

Sæc. XVII. rissimorum, quos inter facile primus
 A. C. 1662. tenet Petrus de Marca primo Confe-
 ranus Episcopus, postea Tolosanus, ac
 demum nominatus Parisiensis Archi-
 episcopus. Hic mortua conjugè sua
 Ecclesiasticæ militiæ nomen dedit, ac
 Richelii jussu librum, cui titulus
Optatus Gallus refellere, quodque li-
 bertates Gallicanas Pontificiæ auctori-
 tati minime derogarent, ostendere ag-
 gressus edidit celeberrimum opus *de con-
 cordia Sacerdotii & Imperii*, cui titulo ad
 Typographi preces, ut libri venditio
 eo expeditior esset, hæc verba subjun-
 xit, *sive de libertatibus Ecclesiæ Galli-
 canæ*: Verum hic idem liber Roma-
 nis Censoribus minus probabatur, eo-
 quod Author plura Romanæ Ecclesiæ
 juribus contraria asseruisse crederetur,
 eapropter in Conferanensem Episco-
 pum a Rege nominatus, Apostolice
 confirmationis literas nec ab Urbano
 VIII. nec Innocentio X. obtinere pot-
 erat, donec literis Barcinonæ datis
 alioque scripto opus suum Sacræ Se-
 dis judicio subjecisset, fassusque esset,
 se Principis partes fovisse, & Præsidem
 potius gessisse, quam Episcopum, pot-
 licitus, quod deinceps Pontificiarum
 Constitutionum auctoritatem vindicare,
 & a Censoribus notata explicare vel-
 let: Ceterum Petrus non nisi primos
 qua-

quatuor libros prælo subjecit, eo au- Sæc. XVII.
 tem fatis functo Stephanus Baluzius A. C. 1662.
 Canonicus Remensis ex Gallico Petri
 autographo reliquos quatuor latine red-
 ditos edidit, & concinnata nova edi-
 tione quintum librum de Legatis Pon-
 tificiis supplevit, & notasque adjecit:
 Anno autem hujus sæculi sexagesimo
 quarto S. Indicis Congregatio die de-
 cima septima Novembris hunc librum
 proscripsit his verbis: *De concordia Ec-*
clie a Stephano Baluzio impressus Pari-
siis Anno 1663. perperam adscriptus Petro
de Marca, sex cuius retractatis scriptis
aliorumque erroneis sententiis opera præfati
Baluzii editus est. Existimat Nitzius,
 S. Congregationem hac additione seu
 remedio duntaxat *eam ob causam esse*
usam, quod non fuerit ausa directe aggredi
memoriam magni illius Archiepiscopi, per-
suadens sibi, facilius esse infamare ejus li-
brum substituto in ipsius locum alio minus
in Ecclesiastica dignitate conspicuo. Sinistra
 autem hæc conjectatio fatis refellitur
 illo ejusdem Congregationis decreto,
 quo jam anno millesimo sexcentesimo
 quadragesimo secundo die undecima
 Junii ipsos quatuor primos Petri libros
 proscribere ausa est, an autem Petrus,
 vel Baluzius secundo tomo ultimam
 manum admoverit, & an Gallicum
 Petri exemplar perfectum vel mutilum
 fue-

Sæc. XVII. fuerit, decidere nostrum non est. Præ-
 A. C. 1662. ter hoc opus scripsit Petrus Disserta-
 tiones de stemmate & genealogia Christi
 de Adventu Magorum ad Christum, &
 an hi Reges fuerint, tractatum de sin-
 gulari Primatu Petri, aliisque Prima-
 tibus, Historiam Bearnensem, Dissert-
 ationem de Vigilio Papa præter alias
 Dissertationes posthumas a Facheto e-
 ditas, quarum potissimæ Parisiis sup-
 pressæ, postmodum in Hollandia rur-
 sus publicam lucem aspexere: Obit
 celebris hic Archipræsul Parisiis die
 vigesima nona Junii anno ætatis suæ
 sexagesimo octavo. Carpitur in eo in-
 constantia, qua tempori serviens quan-
 doque Ecclesiæ jura extulit, quando-
 que in Regum favorem depressit. II.
 Henricus Holden Angelus Sorbonæ
 Doctor, qui elucubravit notas margi-
 nales ad novum Testamentum, & uti-
 lissimum librum sub titulo: *Analyse*
Fidei, præter libellum de schismate &
 epistolam de usura, necnon alium de
 gratia efficaci ad Arnaldum. III. Joa-
 nes Fronteau Canonicus Regularis &
 Parisiensis Cancellarius præter volu-
 men epistolarum, & chronologiam
 Pontificum edidit refutationem eorum,
 quæ contra Thomæ Kempensis vindic-
 tias scripsere Launoyus &c. concor-
 diam quæstionum de Prædestinatione
 &

& gratia, Antitheses Augustini, & Sæc. XVII.
 Calvini &c. IV. Hilarion de Coste A. C. 1662.
 Ord. FF. Minimorum scripsit Historiam
 Catholicam Sæculi XVI. Historiam Del-
 phinorum, & elogia Matronarum Illu-
 strium. V. Nicolaus Canteleu ex Con-
 gregatione Bened. S. Mauri exercitia
 pietatis S. Gertrudis recens edidit, &
 a pluribus mendis expurgavit. VI.
 Franciscus Ciccoperius Canonicus scri-
 psit lucubrationum Canonicalium Bi-
 bliotesseram. VII. Franciscus Bour-
 going Generalis Congr. PP. Oratorii,
 edidit opera & vitam Cardinalis Be-
 rulli præter alia opuscula. VIII. Bla-
 sius Pascal, de cujus orthodoxia judi-
 cium licet nobis non vindicemus, cer-
 tum tamen est, ipsum omnibus sacris
 Ecclesiæ Sacramentis summa pietate
 receptis anno ætatis trigesimo nono de-
 cessisse & Parisiis in Ecclesia S. Ste-
 phani ad Montes sepultum fuisse; edi-
 dit celebres literas Provinciales, & de-
 fensionem Religionis contra Atheos,
 Libertinos & Judæos, qui tamen liber
 primum post ejus mortem prodiit sub
 titulo: *Cogitationes Pascalis*. IX. Hie-
 ronymus Nicolinus Ord. FF. Eremita-
 rum S. Augustini posteris reliquit flo-
 sculos seu notabilia ex utroque jure pro-
 batisque auctoribus ac Theologiæ fon-
 tibus libata, necnon lucubrationes ut
Hist. Eccles. Tom. LXII. Zz rius-

Sec. XVII. riusque Juris &c. X. Seraphinus
 A. C. 1662. Conceptione Carmelita Excalceatus &
~~Excalceatus~~ lucubravit libros duos de virtute &
 Sacramento Pœnitentiæ, commentariu
 in summam D. Thomæ, & tractatum
 de Gratia & incarnatione. XI. Bene-
 dictus a S. Ludovico ejusdem Ordinis
 scripsit Martyrologium Sanctorum, Exa-
 men hominis ad genium hujus sæculi,
 Imagines Religiosorum, & meditatio-
 nes pro Hebdomada sancta. XII. An-
 tonius Brignolius Jesuita vulgavit di-
 scursus morales & Politicos, Historiam
 Hispanicam, & Magdalenam con-
 versam.

§. CVI.

*Quorundam A catholicorum Scripto-
 rum mors & opera.*

*Pope cens.
 celeb. Auth.
 Freher
 Theatr.
 Erud.*

Ex A catholicis Scriptoribus hoc anno
 obiere. I. Petrus Heylin, qui e-
 didit Historiam S. Georgii, Historiam
 reformationis Anglicanæ ab Henrico
 VIII. ad Reginam Elisabetham, Exa-
 men Historicum, pluraque alia. II.
 Joannes Baldovius posteritati reliquit
 specimen dilucidarii Biblici, & medu-
 lam Grammaticæ Hebrææ. III. Andreas
 Kumad publici juris fecit compendium
 locorum Theologicorum, commenta-
 ria in Prophetas minores, hyppomne-
 mata

mata pro metodo concionandi, & disputationes. IV. Robertus Sanderson Sæc. XVII.
A. C. 1662.
scripsit de obligatione conscientiae & juramenti promissorii, de Episcopatu Angliæ præter quæstiones practicas. V. Michael Walterus elucubravit Harmoniam totius Scripturæ, exercitationes Biblicas, spicilegium controversiarum, commentaria in Epistolam ad Hebræos, miscellanea, & tractatum de immortalitate animæ.

§. CVII.

Angeli Giorii Cardinalis extrema.

Inter Purpuratos, qui hoc anno ceteris pares fatali mortis necessitati succubere, primus occurrit Angelus Gorius patria Camers, qui ampla rerum Divinarum, humanarumque cognitione vel ideo instructus esse videbatur, ut eam in Barberinos, Urbani VIII. Nepotes, quorum Præceptor erat, effunderet, sibi que ex fœcunda hac segete uberrimam honorum messem colligeret: ab eodem enim Pontifice primo intimus Cubicularius, imo & Cubiculi Præfectus, ac postea Cardinalis Presbyter renuntiabatur, non sine singulari ac insolito favore; cum enim sclopi casu explosi in dextera pollicem, & indicem amisisset, mediumque digi-
Priorat. in
Hist. Cia-
con. in vita
Urb. VIII.

Sæc. XVII. **A. C. 1662.** gitum nonnisi dimidiatum haberet, nihilominus Pontifex eidem gratiam indultit, ut in privato suo Sacello sacri operans, annulari, & proximo digito ad consecrationem, reliquosque Sacrificii ritus uti posset: nec tamen otiose hoc favore fruebatur; quippe in sacris functionibus assiduus, Sacrarumque Congregationum negotiis admotus ingenii sui dotes in Ecclesiæ utilitatem indefesse impendit, suosque proventus magna ex parte Camerineni reliquit Ecclesiæ, quam e solo restauratam largiter dotavit, ornavitque. Decessit Romæ die octava Augusti anno ætatis suæ septuagesimo septimo.

§. CVIII.

Camilli Astallii Cardinalis fata.

Vita D. O. **O**biit præterea hoc anno Camillus *lympia Ciac.* Astallius patria Romanus, qui post *in vita* literarium profectum laurea coronatum *Innoc. X.* ab Innocentio X. Consistorii Advocatus, Cameræ Apostolicæ Clericus, & omnium ferme S. Congregationum Consultor eadem nominatus est die, raro benevolentia affectu ferme incognitus ab eodem Pontifice in Pamphiliam familiam, & Nepotis sui Purpuram exuentis cognomen, locum, insignia, honores, censusque cooprabatur, simulque in Firmanæ Urbis Præfectum,

fectum, & Avenionensem Legatum Sæc. XVII.
 favente Olympia, quæ cum Camili A. C. 1662.
 Fratrem affinitatis vinculo juncta erat,
 nominatus est. Cum autem præci-
 pitem fortunam plerumque præceps,
 violentus, inexpectatusque lapsus se-
 qui solet, ita & Astallius post Cardin-
 alis Pancirolli Promotoris sui obitum,
 a Papæ Cognatis, quibus tanta exteri
 hominis potentia ac Pontificius favor
 exosus erat, calumniis impetitus, pri-
 mo ab Aula remotus, ac demum e-
 tiam Pamphili ac Nepotis nomine,
 proventibus, & dignitate exutus, Ro-
 ma exulare jussus est, quapropter re-
 cusato Ferrariensis Ecclesiæ regimine
 in Sambuci oppidum secessit, ubi in
 tanta fortunæ depressione, quamdiu
 Innocentius X. vita superstes erat, cum
 maxima æquanimitatis laude se deti-
 nuit; mortuo autem hoc Pontifice ad
 urbem reversus, ad Philippi IV. Hi-
 spaniarum Regis preces Catanensis
 Episcopus nominabatur, quam Eccle-
 siam non modo magnis sumptibus ex-
 ornavit, sed etiam gregem suum tam
 sanctissimis legibus, quam proprio exem-
 plo ad meliorem frugem reducere co-
 natus est: tandem vero ibidem impro-
 visa febre correptus, die vigesima secunda
 Decembris animam Deo
 reddidit.